ΤΟΥ

Ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν καὶ ἱερομάρτυρος

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΠΡΟΣ

ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

S. Patris & Martyris

CLEMENTIS

AD

CORINTHIOS

EPISTOLA.

OXONIÆ:

Excudebat *A.* & *L. Lichfield*,
Acad: Typograph:
1 6 6 9.

Paulus ad Philipp. 4.3.

KAὶ ἐρωτῶ καί σε σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.

PRÆFATIO.

AD *ineuntis* Anni *auspicia, quo tempore frequenti studio pubes* Academica, *limina obsidere, nuncupare vota, gratulationibus certare, pro more solenni habet: turpissimum mihi videtur, nullas liberalis animi persolvisse vices, & in hac* Xeniorum *palæstrâ, vacuas, pessimeque vi-*

ctas protendiſſe manus. Ea *nimirum verſor in ſententia, ut de prudentiæ, eruditionis, facundiæ, opum aut dignitatis laude, quibuſvis facile concederem; in amicitiæ officiis aut benevolentiæ ſtudio à quoquam ſuperari libenter non feram. Poſtquam itaque præceps jam* Annus, *ſenii onere incurvus, & in ſemetipſum coiturus, præſto eſſe* Janum *admoneret; proſpiciendum utiq; erat ut* Scriptore *quopiam*

piam (pro recepto apud me more) typis emiſſo; ejuſdem interventu, Juventutis ſtudioſæ gratulationibus gratias, Chartis libellum, officiis munera reponerem.

Iſta dum agitarem, B. Clemens vir plane Apoſtolicus & S. Patrum non uno nomine primus, ſeſe præ aliis mihi offerebat, qui per plurima ſecula fruſtra requiſitus, & falſariorum multitudine, perſonam ejus ſacrile-

ga fraude induentium, ceu turbâ quadam elisus & oppressus, apud nos demum feliciter emersit. Et paucis retro annis terrarum orbi, hic loci postliminio redditus, notis jam penatibus, hospitii & natalium jure excipiendus denuo videbatur. Accessit insuper scripti ipsius dignitas, & argumenti quod tractatur ratio, quæ Authorem alias laudatissimum, etiamnum impensius commendant: in ea

enim

enim tempora perveni-
mus, quæ exagitata hic
Corinthiorum schismata,
seditiones, & partium stu-
dia longissimis intervallis
superant; in quibus etiam il-
la pro laude et honestamento
ducuntur: adeo ut Anathe-
matis fulmen mereri, sum-
ma sanctitas; eodem per-
celli, desideratissima con-
scientiæ libertas habean-
tur. Quin & morbis ad-
blandimur nostris, & ve-
nena pro remediis propina-
mus: sic demum florere
posse

posse Ecclesiam, *& pacem inter partes obtineri vulgo jactitatur, si neglectis fidei* Symbolis, *effractis* Canonum *repagulis, & conculcatis* Sacerdotii *infulis*, πλατυσμὸς (Clementis *nostri, & illorum verbo utor*) *latæ illius viæ quæ ad interitum ducit per omnia æmulus, diligentissime muniatur: nimirum ita* Ecclesiæ *rebus optime consultum iri, si ea ipsa admittantur consilia, quæ* Julianus *Apostata, in Christiani nominis*

minis perniciem excogita-vit, animo an maligniore, an Astutiore haud facile quis dixerit. Scilicet, Postquam *juratißimus ille pietatis hostis* decreverat aperiri templa, arisque hostias admoveri, & reparari Deorum cultum; ut dispositorum roboraret effectum, *inquit Ammianus Marcellinus, lib.* 22. dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissâ in palatium intromissos, monebat ut civilibus dis-

discordiis consopitis, quisque nullo vetante, religioni suæ serviret. *En egregiam* libertatem conscientiæ, *et laudatam tantopere* comprehensionem, Tolerationemque; *sed progreditur* Author, *quantumcunque* Ethnicus, *asseritq;* hoc egisse eum ideo obstinatè, ut dissensiones augente licentia non timeret unanimem postea plebem: nullas infestas hominibus bestias, ut sunt sibi ferales pleriq; Christianorum

ſtianorum expertus. At nunc dierum improbâ quâ ſumus fide, reformandæ Eccleſiæ auſpicia ab Apoſtata ducimus; quemque ille ejuſdem propugnaculis ſubruendis admovit Arietem, in tibicinem et fulcrum convertimus. Quin et bonus ille Julianus Epiſcopos Orthodoxos, à Conſtantio relegatos, ab Exilio revocavit: hoc autem præſtitit μὴ φειδοῖ περὶ αὐτοὺς ταῦτα προστάξαι, ἀλλ' ὡς ἢ ὑπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος ἐμφυλίῳ μάχῃ πολεμοῦντας τὴν ἐκκλησίαν, ἢ Κονςάντιον

ςάντιον

ϛρατιον διαβάλλων. Olim qui-
dem vel ex redditis Or-
thodoxis & *sanctissimis*
Confessoribus, *pax pub-
lica periclitabatur; nunc
autem à* Schismaticis *perfi-
disq;* Sanctis *in integrum
restitutis salvam tan-
tummodo eandem fore ex-
pectamus: Quasi inversâ*
Ionæ *historiâ, non nisi
transfugis, illis* Prophe-
tis *in Ecclesiæ* navem *re-
ceptis,* Halcyonia *tempe-
stas,* & tranquillum *mare
eidem jactatæ & pericli-
tanti restitui possint.Certe*

si

ſi Beatiſsimus Pater, & *glorioſus* Martyr Clemens *noſter, ſeculo huic redderetur, altum quantum potuit, obortis interea lachrymis inclamaret,* αἰσχρὸν καὶ λίαν αἰσχρὸν, καὶ ἀνάξιον τῆς ἐν χριστῷ ἀγωγῆς, *ſubjiceretque* μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι οἵτινες ἔγκαρπον, καὶ τελείαν ἔχον τὴν ἀνάλυσιν.

Sed fruſtra querimoniæ, *in auras unde ſunt conflata, vel dum funduntur vaneſcentes. In* orbitam *ergo redeo, et* ratione *hucuſque redditâ eorum, quas ad libelli iſtius* Editionem *per-*

perduxerant; opportunum *it*, *de* Editione *ipsa pau-cis deinceps monere. Ea vero sic se habent.*

Ante sex circiter, aut quod excedit, Lustra, *Reverendissimus in Christo Pater* Cyrillus *Patriarcha* Constantinopolitanus, *codicem vetustissimum (in quo veteris et novi fœderis libri, literis grandioribus manu* Theclæ *nobilis fœminæ* Ægyptiæ, *circa primi concilii* Niceni *tempora fuerant exarata, cui accessit ejusdem ad calcem,* *in*

in membranis laceris, Epi*stola* Clementis *ad* Corinthios, *in Occidente per mille annos frustra requisita)* *ad* Carolum *primum Sereniss.* Britanniarum *regem,* Martyrem *postea sanctissimum, dono transmisit.* Biblia *Sacra ad exemplaris istius venerandi fidem, se luci daturum spondebat vir Eruditissimus* Patricius Junius, *Regiæ* Majest: *Bibliothecarius;* Clementis *autem editionem reipsa præstitit; quam nos hic denuo repræ-*

sen-

sentamus: nec illa immutantes quæ à receptis nunc dierum Orthographiæ *legibus multum deflectunt, in antiquissimis solum* marmoribus, *scriptisque agnita; aut quæ per* Librarii *ἀβλεψίαν manifesto* errore *apposita fuerant. Quo minus ad exemplaris Ms. fidem in Bibliotheca regia asservati omnia exigeremus denuo; in causa fuit non adeo illaudatissima illa frugalitas, ut labori parceretur, quam ne actum irrito conatu ageremus; si-*

siquidem ea habetur de Eruditione, industria et fide D. Junii *apud omnes fama, ut eandem suspicione aliqua labefactare, non incivile modo, sed iniquum prorsus videatur. Insuper quæ per conjecturam à* Junio *fuerant restituta, literarum vocumq; loco, quæ temporis injuria exesa aut fugientia desiderabantur, et in illius editione* minio *distincta erant; nos, ut nihil diligenti lectori fraudi esset, in unã* tabellam *congessimus,*

non

non paginam *modo sed* line-
am *ipsã, in qua singula ha-
bentur, adnotantes. Demum*
versionem latinam *recen-
suimus; parce tamen, &
cum debita erga Doctissi-
mum* Iunium *ejusque* Ma-
nes *reverentia: quin &*
Notas *subinde adjecimus,
prout scilicet per negotia li-
cuit, & curas satis impor-
tunas & frequentes, quæ
animum alio rapere, & in-
terpellare vix unquam cessa-
bant: proinde illas (ut reli-
qua omnia)* Amici Lecto-
res *(istis enim solis hæc*
Sche-

Schediaſmata *deſtinantur*, *neque enim* librum *adeo*, *quam* ſtrenam *meditamur*) *boni conſulant velim. Quos etiam ſerio monemus & hortamur*, *at*(*ſiquidem* Oraculi *fidem & dignationem mereretur Effatum illud*, Id verum quod primum)*pigris turbidiſque illorum* Lacunis, *qui ſe* Modernos Theologos *dici volunt*, *inſuper habitis*, fontes *requirant perennes & limpidos*, *atque ultra* Ethnicæ *Theologiæ fidem* Sacros, & Numine *plenos: par quidem*

dem eſt ut nova *ſequantur* Novatores, *eis vero quibus* Eccleſiæ *primitivæ ſincera placent* dogmata, *non minoris ævi ſcriptores utiq; placebunt; ſeſe etiam genuinos* Eccleſiæ *filios, certiſſimo hoc indicio & notâ plane characteriſticâ comprobabunt, quod Sanctiſſimos ejuſdem* Patres *unice colant, & revereantur.*

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ
ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α.

CLEMENTIS
Ad CORINTHIOS
EPISTOLA I.

Η ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ παροικούσῃ Κόρινθον, κλητοῖς ἡγιασμένοις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντοκράτορος Θεοῦ διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη, ἐφ' * ὑμῶν ἰδίους, καὶ ἐπ' ἀλλήλους. Διὰ γινομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ περιπλώσεις, ἀδελφοὶ * βράδειον * νομίζομεν ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι, περὶ τῶν ἐπιζητουμένων παρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοὶ, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ * ξένοις τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου στάσεως· ἣν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα, εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον, ὄνομα ὑμῶν, μεγάλως βλασφημηθῆναι· Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα

ἴσ. ὑμᾶς ἰδίως.

ἴσ. βράδιον.

ἴσ. νομίζομεν.

ἴσ. ξένης.

DEI Ecclesia quæ Romæ peregrinatur, Ecclesiæ Dei quæ Corinthi diversatur, vocatis & sanctificatis voluntate divinâ, per Dominum nostrum Jesum Christum. Gratia vobis & pax ab omnipotente Deo per Jesum Christum, in vobis singulis, & mutuò erga vos invicem multiplicetur. Propter calamitates & casus adversos qui nobis acciderunt, Fratres dilecti, postulatis vestris, tardiùs nos animum adjecisse veremur, & seditioni impiæ ac detestandæ, *inter vos ortæ*, Deiq; electis peregrinæ & alienæ; quæ paucorum hominum insolentiâ & audaciâ in tantam vesaniam exarsit, ut honorificum & illustre nomen vestrum, & ab omnibus amari dignum, vehementer blasphemetur. Quis enim apud vos versatus est, qui omni virtute plenam, firmámque ac stabilem fidem vestram non probaverit? Qui sobri-

φρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν,
οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς
φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος, οὐκ ἐκήρυξεν;
καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν, οὐκ
ἐμακάρισεν; ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάν-
ἴσ. ἐν τοῖς τα ἐποιεῖτε, καὶ * τοῖς νόμοις τοῦ Θεοῦ
ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμέ-
νοις ὑμῶν· καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν
ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέ-
ροις· νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐ-
πετρέπετε· γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ
σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτε-
λεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόν-
τως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν· ἔν τε τῷ κανό-
νι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας, τὰ κατὰ
τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε,
πάνυ σωφρονούσας. Πάντες τε ἐτα-
πεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονευόμενοι,
ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες,
μᾶλλον διδόντες ἢ λαμβάνοντες· τοῖς
ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι, καὶ προσέ-
χοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς, ἐ-
στερνισμέ-

am & moderatam in Chriſto pietatē non ſit admiratus? qui ſplendidos ac liberales hoſpitalitatis veſtræ mores non laudaverit? qui perfectam certámq; cognitionem veſtram, non beatam prædicaverit? Omnia enim ſine perſonarum intuitu à vobis fiebant, & in Dei legibus ambulabatis, præpoſitis veſtris ſubditi, & ſeniores inter vos debito honore proſequentes. Iuvenes ut moderata & honeſta ſectarentur, monebatis; mulieres in inculpabili, ſanctâ & caſtâ conſcientiâ, omnia peragere hortabamini, diligendo maritos, prout officium poſtulat; & in obedientiæ canone ſe continendo, res domeſticas cum omni temperantiâ adminiſtrare, docebatis. Omnes humili animo eratis, in nullo inani gloriationi dediti, aliorũ jugo ſubjecti potius quã alios vobis ſubjicientes, dantes potius quã accipientes, Dei viatico contenti, & verbo ejus diligenter

στερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ
τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑ-
μῶν. Οὕτως εἰρήνη βαθεῖα καὶ λιπαρὰ
ἐδίδοτο πᾶσιν, καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς
ἀγαθοποιΐαν, καὶ πλήρης πνεύματος
ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο· μεστοί-
τε ὁσίας βουλῆς ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ
μετ' εὐσεβοῦς πεποιθήσεως ἐξετείνατε
τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα
ἴσ. ἵλεων. Θεὸν, ἱκετεύοντες αὐτὸν * ἵλεως γενέ-
σθαι, εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε. ἀγὼν ἦν
ὑμῖν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὑπὲρ πάσης
τῆς ἀδελφότητος, εἰς τὸ σώζεσθαι μετ'
ἐλέους καὶ συνειδήσεως τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκ-
λεκτῶν αὐτοῦ· εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἦ-
ἴσ. ἀμνη- τε, καὶ * ἀναμνησίκακοι εἰς ἀλλήλους.
σίκακοι. Πᾶσα στάσις, καὶ πᾶν σχίσμα βδελυκτὸν
ὑμῖν· ἐπὶ τοῖς παραπτώμασι * τοῖς
ἴσ. τῶν. πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ ὑστερήματα αὐτῶν
ἴδια ἐκρίνετε· ἀμεταμέλητοι ἦτε ἐπὶ
πάσῃ ἀγαθοποιΐᾳ, ἕτοιμοι εἰς πᾶν
ἔργον ἀγαθόν. Τῇ παναρέτῳ καὶ σεβασ-

μίῳ

genter attendentes, quod in intima viſcera reconditum ſervabatis, ejuſque paſſiones vobis præ oculis ſemper erant. Sic altâ & beatâ pace fruentes, inexplebile benefaciendi deſiderium omnes tenebat; plena etiam ſuper omnes Spiritus ſancti effuſio facta eſt, ſanctâque voluntate pleni, bonâ animi promptitudine, cum piâ ac devotâ confidentiâ, manus veſtras ad Deum omnipotentẽ extendiſtis, pro delictis contra voluntatẽ veſtrã commiſſis, ſuppliciter ipſius clementiam implorantes. Labor omnis & contentio veſtra diu noctûque pro vniverſâ fraternitate erat, ut numerus electorum ejus cũ commiſeratione & conſcientiâ ſalvaretur. Sinceri inter vos invicem, innoxii, & omnis injuriæ immemores, eratis. Seditio omnis & ſciſſura vobis abominanda erat, proximorũ delicta lugebatis, illorum defectus veſtros cenſebatis: propter benefacta nulla pœnitentiâ ducti, ad omne bonũ opus prompti & alacres eratis.

μίᾳ πολιτείᾳ κεκοσμημένοι πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ ἐπετελεῖτε. τὰ προστάγματα τοῦ Κυρίου ἐπὶ *τὰ πλάτη τῆς καρδίας ὑμῶν ἐγέγραπτο· Πᾶσα δόξα καὶ πλατυσμὸς ἐδόθη ὑμῖν, καὶ ἐπετελέσθη τὸ γεγραμμένον, Ἔφαγεν καὶ ἔπιεν, καὶ ἐπλατύνθη καὶ ἐπαχύνθη, καὶ *ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. Ἐκ τούτου ζῆλος, καὶ ἔρις, καὶ στάσις, διωγμὸς καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ αἰχμαλωσία. οὕτως ἐπηγέρθησαν οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τοὺς ἐντίμους, οἱ ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐνδόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους. Διὰ τοῦτο πόῤῥω ἄπεστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, ἐν τῷ ἀπολείπειν ἕκαστον τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἀμβλυωπῆσαι, μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι, μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζειν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ τὰς πονηρὰς, ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἀνειληφότας,

ἴσ. τὰς πλάκας.

ἴσ. ἀπελάκτισεν.

tis. Ornati venerandâ & omnibus numeris absolutâ cõversatione, omnia in timore ejus peragebatis: mãdata & præcepta Domini in tabulis cordis vestri altius insculpebantur. Nunc vero omnis honor & latitudo vobis data est, & scriptũ illud impletum est, *Edit, bibit, dilatatus, & incrassatus est, & recalcitravit dilectus.* Deut. 32. 15. Ab hoc fonte, æmulatio, invidia, contentio, seditio, persecutio, cõmotio, bellum & captivitas, manârunt: sic viles & inglorii, contra honoratos & gloriosos, sic insipientes contra sapientes, & juvenes contra seniores, insurrexerunt. Hanc ob causã, procul absunt justitia & pax, quòd unusquisq; Dei timorẽ deserat, & in fide ejus cæcutiat, neq; in institutis præceptorũ ejus ambulet, aut vitam Christo dignã degat: sed secundùm pravas ipsius concupiscẽtias incedat, iniquam & impiam invidiam fovendo & amplectendo, per quam mors in mundum intravit,

τας, δι' ἧς καὶ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. γέγραπται γὰρ οὕτως. Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας, ἤνεγκεν Κάιν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ Θεῷ, καὶ Αβελ ἤνεγκεν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων, καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν· καὶ ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Αβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ Κάιν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν. καὶ ἐλυπήθη Κάιν ἄγαν, καὶ συνέπεσεν τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Κάιν, ἵνα τί περίλυπος ἐγένου; καὶ ἵνα τί συνέπεσεν τὸ πρόσωπόν σου; οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον· πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν Κάιν πρὸς Αβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη Κάιν ἐπὶ Αβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ορᾶτε ἀδελφοί, ζῆλος καὶ φθόνος ἀδελφοκτονίαν κατειργάσατο

γάσατο

vit. Sic enim ſcriptum eſt, *Et fa-* Gen.4.3.
ctum eſt poſt dies, obtulit Cain ex fructibus terræ ſacrificium Domino, Abel autem obtulit & ipſe de primogenitis ovium ſuarum, & adipibus earum. Et reſpexit Deus ſuper Abel, & ſuper munera ejus. Super Cain autem, & ſuper ſacrificia ejus non advertit, & contriſtatus eſt Cain valde, & concidit vultu ſuo. Et dixit Dominus Deus ad Cain, quare triſtis factus es? Et quare concidit vultus tuus? Nonne ſi rectè offeras, non autem rectè dividas, peccaſti? Quieſce, ad te converſio ejus, & tu principatum habebis ipſius. Et dixit Cain *ad* Abel *fratrem ſuum, tranſeamus in campũ: & factum eſt, dum eſſent in campo, ſurrexit* Cain *ſuper* Abel *fratrem ſuum, & occidit eum.* Videtis fratres, propter æmulationem & invidiam fratricidium commiſſum. Propter æmulationem pater noſter *Jacob* à facie fratris ſui *Eſau* aufugit.

γάσατο. Διὰ ζῆλον ὁ πατὴρ ἡμῶν Ιακὼβ ἀπέδρα ἀπὸ προσώπου Ησαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ζῆλος ἐποίησεν Ιωσὴφ μέχρι θανάτου διωχθῆναι, καὶ μέχρι δουλείας εἰσελθεῖν. Ζῆλος φεύγειν ἠνάγκασεν Μωϋσῆν ἀπὸ προσώπου Φαραὼ βασιλέως Αιγύπτου, ἐν τῷ ἀκοῦσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁμοφύλου, τίς σε κατέστησεν κριτὴν ἢ δικαστὴν ἐφ' ἡμῶν; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες ἐχθὲς τὸν αἰγύπτιον; Διὰ ζῆλον Ααρὼν καὶ Μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ηὐλίσθησαν. Ζῆλος Δαθὰν καὶ Αβειρὼμ ζῶντας κατήγαγεν εἰς ᾅδου, διὰ τὸ στασιάσαι αὐτοὺς πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν. Διὰ ζῆλον Δαβὶδ φθόνον ἔσχεν οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Σαοὺλ βασιλέως Ισραὴλ ἐδιώχθη. Αλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον, οἱ μέγιστοι καὶ δικαιότατοι

στύλοι

git. Æmulatio effecit, ut *Ioseph* capitales inimicitias pateretur, & in servitutem esset redactus. Æmulatio *Mosem* à vultu *Pharaonis* regis Ægypti fugere compulit, cum popularem suum dicentem audiret, *quis te constituit principem & judicem super nos? numquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Ægyptium?* propter Æmulationem *Aaron* & *Mariam*, à reliquo populo segregati, extra castra manere coacti sunt. Æmulatio *Dathan* & *Abiron* vivos ad inferos detrusit, quòd cum *Moyse* Dei famulo seditiosè contenderent. Propter Æmulationem *David* non tantum alienigenarum invidiã sustinuit, sed Regem etiam *Saul* persequutorem expertus est. Sed ut vetera relinquamus, ad proximos athletas convertat se oratio nostra, & seculi nostri generosa exempla proponamus. Propter æmulationem & invidiam, qui fideles & justissimæ Ecclesiæ columnæ erant, ad mortem usq; acerbam, per-

Exod. 2. 14.

στῦλοι ἐδιώχθησαν καὶ ἕως θανάτου
ἤθλησαν. λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν
ἴσ. ἀγίους. τοὺς * ἀγαθοὺς ἀποστόλους. Πέτρος διὰ ζῆ-
λον ἄδικον οὐχ ἕνα οὐδὲ δύο, ἀλλὰ πλεί-
ονας ὑπέμεινεν πόνους, καὶ οὕτω μαρτυ-
ρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τό-
πον τῆς δόξης. Διὰ ζῆλον ὁ Παῦλος
ὑπομονῆς βραβεῖον ἀπέσχεν, ἑπτάκις
δεσμὰ φορέσας, παιδευθείς, λιθα-
σθείς, κῆρυξ γενόμενος ἔν τε τῇ ἀνατο-
λῇ καὶ ἐν τῇ δύσει, τὸ γενναῖον τῆς πίστε-
ως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, δικαιοσύνην
διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπὶ τὸ
τέρμα τῆς δύσεως ἐλθών, καὶ μαρτυρήσας
ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ
κόσμου, καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη,
ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμ-
μός. Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν θείως πολι-
τευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος
ἐκλεκτῶν, οἵτινες * πολλαῖς αἰκίαις
ἴσ. πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνους. καὶ βασάνοις διὰ ζῆλον παθόντες,
ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν.
Διὰ ζῆλον διωχθεῖσαι γυναῖκες [Δα-
ναΐδες

persecutionem passi sunt. Ponamus nobis ante oculos sanctos Apostolos. Propter Æmulationē iniquā, Petrus non unum aut alterum, sed plures labores sustulit, atq; ita martyrium passus in debitum gloriæ locum ascendit. Paulus propter Æmulationē in vincula septies conjectus, verberibus cæsus, lapidatus, patientiæ præmium reportavit, & in oriente ac occidente verbi præco factus, illustrem fidei suæ famā sortitus est, in justitiâ mundū universum instruens, & ad occidentis terminos veniens, & sub Imperatoribus martyriū subiens, sic è mundo migravit, & in locum sanctum abiit, patientiæ summum exemplar existens. Viris istis sanctè vitā instituentibus, magna electorum multitudo aggregata est, qui supplicia multa & tormenta propter æmulationem passi, exemplar optimum inter nos exstiterunt. Propter æmulationē mulieres persecutionem passæ [*Danaïdes* & *Dirce*]

ναΐδες καὶ Δίρκη] αἰκίσματα δεινὰ καὶ ἀνόσια παθοῦσαι, ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως βέβαιον δρόμον κατήντησαν, καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῷ σώματι. Ζῆλος ἀπηλλοτρίωσεν γαμετὰς ἀνδρῶν, καὶ ἠλλοίωσεν τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀδὰμ, τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν, καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξεῤῥίζωσεν. Ταῦτα, ἀγαπητοὶ, οὐ μόνον ὑμᾶς νουθετοῦντες ἐπιστέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς ὑπομνήσκοντες· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐσμὲν σκάμματι, καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπίκειται. Διὸ ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς καὶ ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τῆς ἁγίας κλήσεως ἡμῶν κανόνα· Βλέπωμεν τί καλὸν καὶ τί τερπνὸν καὶ προσδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. Ἀτενίσωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἴδωμεν ὡς ἔστιν τίμιον τῷ Θεῷ αἷμα αὐτοῦ, ὅ,τι διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκχυθὲν, παντὶ τῷ κόσμῳ μετανοίας

μετανοίας

te] poſtquam gravia & nefanda ſupplicia ſuſtinuiſſent, conſtantem fidei curſum conſummarunt, & debiles corpore nobile tolerantiæ præmium acceperunt. Æmulatio uxorum animos à maritis abalienavit, & dictum patris noſtri *Adami* mutavit. *Hoc jam os ex oſſibus meis, & caro ex carne meâ.* Æmulatio & contentio urbes magnas evertit, & gentes numeroſas funditus delevit. Hæc, chariſſimi, non tantùm ut vos officii veſtri admoneamus, ſcribimus; ſed ut nos ipſos commonefaciamus, in eadẽ enim arena verſamur, & certamen idẽ nobis incumbit: quare inanes & vanas curas relinquamus, & ad glorioſam & venerandam ſanctæ vocationis noſtræ lineam veniamus; quid pulchrum, quid jucundum, & acceptum coram opifice noſtro ſit, videamus; ſanguinem Chriſti intentis oculis intueamur, & quàm pretioſus Deo ſit ejus ſanguis, conſideremus, qui propter noſtram ſalutem effuſus, toti mundo

Gen. 2.23.

τανοίας χάριν ὑπήνεγκεν. Ἀτενίσωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας, καὶ καταμάθωμεν ὅτι ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ μετανοίας τόπον ἔδωκεν ὁ δεσπότης τοῖς βουλομένοις ἐπιστραφῆναι ἐπ' αὐτόν. Νῶε ἐκήρυξεν μετάνοιαν, καὶ οἱ ὑπακούσαντες ἐσώθησαν. Ἰωνᾶς Νινευΐταις καταστροφὴν ἐκήρυξεν, οἱ δὲ μετανοήσαντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ἐξιλάσαντο τὸν Θεὸν ἱκετεύσαντες, καὶ ἔλαβον σωτηρίαν, καίπερ ἀλλότριοι τοῦ Θεοῦ ὄντες. Οἱ λειτουργοὶ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ διὰ πνεύματος ἁγίου περὶ μετανοίας ἐλάλησαν· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης τῶν ἁπάντων περὶ μετανοίας ἐλάλησεν μετὰ ὅρκου. Ζῶ γὰρ ἐγώ λέγει κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν προστιθεὶς καὶ γνώμην ἀγαθήν. Μετανοήσατε οἶκος Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν· εἶπον τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου, ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐὰν ὦσιν πυῤῥότεραι κόκκου, καὶ μελάντεραι σάκκου, καὶ ἐπιστρα-

mundo pœnitentiæ gratiam obtulit. Circumspiciamus diligenter omnes mundi ætates, & discamus quod in omni generatione, volentibus ad ipsum converti, Dominus pœnitentiæ locum concesserit. *Noe* pœnitentiæ præco fuit, & qui ei obtemperârunt, salvati sunt. *Jonas* Ninivitis excidium prædicavit, illi autem peccatorum pœnitentiam agentes, precibus Deum placarunt, & licèt à Deo alieni, salutis participes facti sunt. Divinæ gratiæ ministri Spiritu Sancto afflati, de pœnitentiâ loquuti sunt: ipse etiam rerum omnium Dominus cum juramento de pœnitentiâ loquutus est. *Vivo, inquit, Dominus, nolo mortem peccatoris, sicut pœnitentiam*, addens insuper dictum egregium; Ezek. 33. 11. *Resipiscite domus* Israel *ab iniquitate vestrâ. Dic filiis populi mei, si peccata vestra à terrâ ad cœlum usque multiplicentur, si cocco rubriora & cilicio nigriora fuerint, & ad me ex toto corde conversi fueritis & dixeritis,*

φῆτε πρὸς με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ εἴπητε, Πάτερ, ἐπακούσομαι ὑμῶν ὡς λαοῦ ἁγίου. Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει οὕτως, Λούσασθε καὶ καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήρᾳ, καὶ δεῦτε
Ἠσ. ὁ κύριος καὶ διαλεχθῶμεν λέγει· Καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ· καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Πάντας οὖν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτοῦ βουλόμενος μετανοίας μετασχεῖν, ἐστήριξεν τῷ παντοκρατορικῷ βουλήματι αὐτοῦ. Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἱκέται γενόμενοι τοῦ ἐλέους καὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, προσπέσωμεν καὶ

ἐπι-

ritis, Pater, tanquam populo ſancto aurem vobis præbebo. Et in alio loco ſic dicit; *Lavamini, mundi eſtote, auferte mala ex animabus veſtris ab oculis meis, quieſcite à malitiis veſtris. Diſcite facere bonum, quærite judicium, liberate oppreſſum, judicate pupillo, & juſtiſicate viduam. Et venite colloquamur, dicit Dominus; & ſi fuerint peccata veſtra quaſi phœnicium, ſicut nivem dealbabo, & ſi fuerint ut coccinum, ſicut lanam dealbabo. Et ſi volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis; ſi autem nolueritis, neque exaudiveritis me, gladius devorabit vos: os enim Domini locutum eſt hæc.* Volens igitur omnes dilectos ſuos pœnitentiæ participes fieri, omnipotente ſuâ voluntate ſtabilivit: quare magnificæ ejus & glorioſæ voluntati obſequamur, & ſuppliciter miſericordiam & benignitatem ejus implorantes, relictis vanis operibus, contentione & æmulatione, quæ ad mortem ducit, ad miſerationes ejus advolvamur

Eſ. 1. 16

ἐπιστρέψωμεν ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ,
ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν, τήν τε

ἴσ. τὸν.
ἔριν, καὶ * τὸ εἰς θάνατον * ἄγον ζῆλος.

ἴσ. ἄγοντα ζῆλον.
Ἀτενίσωμεν εἰς τοὺς τελείως λειτουργή-
σαντας τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ αὐτοῦ.
λάβωμεν Ἐνὼχ, ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαι-
ος εὑρεθεὶς μετετέθη, καὶ οὐχ εὑρέθη
αὐτοῦ θάνατος. Νῶε πιστὸς εὑρεθεὶς,
διὰ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ παλιγγενεσίαν
κόσμῳ ἐκήρυξεν, καὶ διέσωσεν δι' αὐ-
τοῦ ὁ δεσπότης τὰ εἰσελθόντα ἐν ὁμονοίᾳ
ζῶα εἰς τὴν κιβωτόν. Ἀβραάμ, ὁ φίλος
προσαγορευθεὶς, πιστὸς εὑρέθη, ἐν τῷ
αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασι τοῦ
Θεοῦ. οὗτος δι' ὑπακοῆς ἐξῆλθεν ἐκ
τῆς γῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας
αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ,
ὅπως γῆν ὀλίγην, καὶ συγγένειαν ἀσθε-
νῆ, καὶ οἶκον μικρὸν καταλιπὼν, κλη-
ρονομήσῃ τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ. λέ-
γει γὰρ αὐτῷ. Ἄπελθε ἐκ τῆς γῆς σου
καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ
οἴκου τοῦ πατρός σου, εἰς τὴν γῆν ἣν ἄν σοι
δείξω,

advolvamur & convertamur. Fixis oculis intueamur eos qui magnificæ ejus gloriæ perfectè inſervierunt, ſumamus *Enoch*, qui in obedientiâ juſtus repertus, tranſlatus fuit, neque mors ejus deprehenſa eſt. *Noe* fidelis inventus per miniſterium ſuum novam mundo generationem prædicavit, & per eum animalia quæ in concordiâ arcam ſunt ingreſſa, ſervavit Dominus. *Abraham*, amicus vocatus, fidelis inventus eſt, eo quod verbis Dei obtemperarit; hic per obedientiam è terrâ ſuâ, è cognatione ſuâ, & domo patris ſui egreſſus eſt, ut exiguâ terrâ, cognatione debili, & domo parvâ derelictâ, promiſſiones Dei poſſideret. Dicit enim ei, *Exi de terrâ* Gen. 12. 1.
tuâ, & de cognatione tuâ, & de domo patris tui, & vade in terram quam

δείξω, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος. καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ καταράσομαι τοὺς καταρωμένους σε, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Καὶ πάλιν ἐν τῷ διαχωρισθῆναι αὐτὸν ἀπὸ Λὼτ, εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, Ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου οὗ νῦν σὺ εἶ πρὸς βορρᾶν, καὶ λίβα, καὶ ἀνατολὰς, καὶ θάλασσαν· ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματί σου, ἕως αἰῶνος· καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς· εἰ δύναταί τις ἐξαριθμῆσαι τὴν ἄμμον τῆς γῆς, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐξαριθμηθήσεται· Καὶ πάλιν λέγει· Ἐξήγαγεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτοὺς, οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου· ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

Διὰ

tibi demonſtravero. Et faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus; & benedicam benedicentes te, & maledicam maledicentes te, & benedicentur in te omnes tribus terræ. Et rurſus cùm à *Lot* ſecederet, dixit ei Deus. *Reſpice oculis tuis, & vide à loco in quo nunc tu es, ad Aquilonem, & Africum, & orientem & mare: quia omnem terram quam tu vides tibi dabo eam, & ſemini tuo uſq; in ſeculum. Et faciam ſemen tuum ſicut arenam terræ, ſi poterit aliquis dinumerare arenam terræ, & ſemen tuum dinumerabitur.* Et rurſus dicit. *Eduxit Deus* Abraham *foras, & dixit ei, reſpice in cœlum & numera ſtellas, ſi potes dinumerare eas, ſic erit ſemen tuum: Et credidit* Abraham *Deo, & deputatum eſt ei ad juſtitiam.* Propter fidem & hoſpitalitem datus eſt ei filius in ſenectute, & per

Gen. 13. 14.

Gen. 15. 5.

Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐδόθη αὐτῷ υἱὸς ἐν γήρᾳ, καὶ δι' ὑπακοῆς προσήνεγκεν αὐτὸν θυσίαν τῷ Θεῷ πρὸς ἓν τῶν ὀρέων ὧν ἔδειξεν αὐτῷ. Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων, τῆς περιχώρου πάσης *κειθείσης διὰ πυρὸς καὶ θείου· πρόδηλον ποιήσας ὁ δεσπότης ὅτι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐγκαταλείπει, τοὺς δὲ ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας εἰς κόλασιν καὶ αἰκισμὸν τίθησι· συνεξελθούσης *παρ' αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἑτερογνώμονος ὑπαρχούσης καὶ οὐκ ἐν ὁμονοίᾳ, εἰς τοῦτο σημεῖον ἐτέθη, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν στήλην ἁλὸς ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· εἰς τὸ γνωστὸν εἶναι πᾶσιν, ὅτι οἱ δίψυχοι καὶ οἱ διστάζοντες περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, εἰς κεῖμα καὶ εἰς σημείωσιν πάσαις ταῖς γενεαῖς γίνονται. Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ πόρνη· ἐκπεμφθέντων γὰρ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ κατασκόπων εἰς τὴν Ἱεριχῶ ἔγνω ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς ὅτι ἥκασι κατασκοπεῦσαι τὴν χώραν αὐτοῦ, καὶ ἐξέ-

* ἴσ. κατακαυθείσης.

* ἴσ. γάρ.

obedientiam obtulit eum in ſacrificium Deo in uno montium quem ei oſtenderat. Propter hoſpitalitatem & pietatem *Lot*, è *Sodoma* ſalvus evaſit, cùm regio tota in circuitu igne & ſulphure conflagararet. Deo palàm faciente quòd eos non derelinquat, qui in eo ſpem & præſidium collocant; contrà verò qui à mandatis ejus declinant, ſuppliciis & tormentis puniat, uxor enim ejus quæ unà cum eo urbe egreſſa eſt, cum ab eo diſſentiret, nec in concordia perſiſteret, in ſignum propterea poſita eſt, & ſalis ſtatua in hodiernum diem facta eſt, ut omnibus innoteſceret, quòd animo dubii, & de potentiâ divinâ hæſitantes, in judicium & ſignum omnibus generationibus proponantur. Propter fidem & hoſpitalitatem, *Raab* meretrix incolumis ſervata eſt, miſſis enim à *Joſua* filio *Nun* ad urbem *Jericho*

ἐξέπεμψεν ἄνδρας τοὺς συλληψομένους αὐτούς, ὅπως συλληφθέντες θανατωθῶσιν. Ἡ οὖν φιλόξενος Ῥαὰβ εἰσδεξαμένη αὐτούς, ἔκρυψεν εἰς τὸ ὑπερῷον ὑπὸ τὴν λινοκαλάμην· ἐπισταθέντων δὲ τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ λεγόντων, ἄνδρες πρός σε ἦλθον οἱ κατάσκοποι τῆς γῆς ἡμῶν, ἐξάγαγε αὐτούς, ὁ γὰρ βασιλεὺς οὕτως κελεύει· Ἡ δὲ ἀπεκρίθη, εἰσῆλθον οἱ δύο ἄνδρες οὓς ζητεῖτε πρός με, ἀλλὰ ταχέως ἀπῆλθον, καὶ πορεύονται· ὁδὸν ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐναντίαν. Καὶ εἶπεν πρὸς τοὺς ἄνδρας, γινώσκουσα γινώσκω ἐγώ, ὅτι κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν παραδίδωσιν ὑμῖν τὴν πόλιν ταύτην, ὁ γὰρ φόβος καὶ ὁ τρόμος ὑμῶν ἐπέπεσεν τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν· ὡς ἐὰν οὖν γένηται λαβεῖν αὐτὴν ὑμᾶς, διασώσατέ με, καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου. Καὶ εἶπαν αὐτῇ, ἔσται οὕτως, ὡς ἐλάλησας ἡμῖν· ὡς ἐὰν οὖν γνῷς παραγινομένους ἡμᾶς, συνάξεις πάντας τοὺς σοὺς ὑπὸ τὸ στέγος σου, καὶ διασωθήσονται· ὅσοι γὰρ ἐὰν εὑρεθῶσιν

ſpeculatoribus, reſcivit terræ Rex quod regionem eorum exploraturi venerant, & viros emiſit, qui eos ut morti traderentur, apprehenderent. *Raab* autem hoſpitalis ſuſcipiens eos in ſolario domus ſub lini ſtipula occultavit eos. Cùm autem nuntii Regis ex improviſo ſuperveniſſent, & dixiſſent, viri ad te ingreſſi ſunt, regionis noſtræ exploratores, educ eos, ſic enim imperat Rex. Illa autem reſpondit, ingreſſi ſunt duo viri ad me quos quæritis, ſed confeſtim abierunt & vadunt; viam oſtendens eis contrariã. Et dixit ad viros, ſciens ſcio, quòd Dominus Deus veſter urbem hanc vobis tradit, timor enim & pavor veſtri inceſſit incolas ejus; quare cùm capere illam vobis contigerit, incolumem me ſervate & domum patris mei. Et dixerunt ei, eveniet tibi ut loquuta es, quare cùm nos appropinquantes cognoveris, cognatos tuos omnes ſub tecto tuo congregabis, & ſalvabuntur;

ρεθῶσιν ἔξω τῆς οἰκίας, ἀπολοῦνται· Καὶ προσέθεντο αὐτῇ δοῦναι σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς κόκκινον, πρόδηλον ποιοῦντες, ὅτι διὰ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου λύτρωσις ἔσται πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν. Ὁρᾶτε ἀγαπητοὶ, οὐ μόνον πίστις ἀλλὰ προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονεν· ταπεινοφρονήσωμεν οὖν, ἀδελφοὶ, ἀποθέμενοι πᾶσαν ἀλαζονείαν, καὶ τῦφον, καὶ ἀφροσύνην, καὶ ὀργάς· καὶ ποιήσωμεν τὸ γεγραμμένον· λέγει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω, τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν, καὶ ποιεῖν κρῖμα καὶ δικαιοσύνην· μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλάλησε διδάσκων ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν, οὕτως γὰρ εἶπεν, Ἐλεεῖτε ἵνα ἐλεηθῆτε, ἀφίετε ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν, ὡς ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται ὑμῖν, ὡς δίδοτε οὕτω δοθήσεται

quotquot verò extra domũ tuam inveniuntur, peribunt: & ut signum daret addiderunt, ut funiculum sc. coccineum de domus pariete demitteret, notũ facientes, quòd omnibus, qui credũt & sperant in Deũ, per sanguinem Christi redemptio futura sit. Videtis, dilecti, non solum fides, sed divinandi facultas etiã in muliere fuit. Humiles ergo mente simus, Fratres, fastum omnem, superbiam, amentiam & iras deponentes, & quod scriptum est, faciamus. Dicit enim Spiritus Sanctus, *Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis; sed qui gloriatur in Domino glorietur, quærendo illum, & judiciũ & justitiã faciendo*: memoria præcipuè recolẽtes sermones Domini Jesu, quos, æquitatem & longanimitatẽ docens, loquutus est: sic enim dixit, *Misere mini ut misericordiã consequamini, demittite ut vobis demittatur, prout facitis ita vobis fiet,*

Jer. 9. 23.

Luc. 6. 36.

θήσεται ὑμῖν, ὡς κρίνετε οὕτω κριθήσεται ὑμῖν, ὡς χρηστεύεσθε οὕτως χρηστευθήσεται ὑμῖν· ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν. Ταύτῃ τῇ ἐντολῇ καὶ τοῖς παραγγέλμασι στηρίξωμεν ἑαυτοὺς τὸ πορεύεσθαι ὑπηκόους ἀεὶ τοῖς ἁγιοπρεπέσι λόγοις αὐτοῦ *ταπεινοφρονοῦντες· φησὶν γὰρ ὁ ἅγιος λόγος, Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πραῢν καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τὰ λόγια; Δίκαιον οὖν καὶ ὅσιον, ἄνδρες ἀδελφοί, ὑπηκόους ἡμᾶς μᾶλλον γενέσθαι τῷ Θεῷ, ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονείᾳ καὶ ἀκαταστασίᾳ μυσαροῦ ζήλου ἀρχηγοῖς ἐξακολουθεῖν. βλάβην γὰρ οὐ τυχοῦσαν, μᾶλλον δὲ κίνδυνον ὑποίσομεν μέγαν, ἐὰν ῥιψοκινδύνως ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τοῖς θελήμασι τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες ἐξακοντίζουσιν εἰς ἔριν καὶ στάσεις, εἰς τὸ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος. Χρηστευσώμεθα *αὐτοῖς κατὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ γλυκύτητα τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς· γέγραπται γὰρ, Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπο-

λει-

ἴσ. ταπεινοφρονοῦντας.

ἴσ. ἀλλήλοις.

fiet, sicut datis ita vobis retribuetur, sicut judicatis, ita judicabimini, sicut benigni estis, ite benignitatem experiemini, quâ mensurâ metimini, eâdem vobis mensurabitur. Hoc præcepto & his mandatis stabiliamus nos ipsos, ut in obedientia sanctorum eloquiorũ ejus, cum omni humilitate, sẽper ambulemus. Dicit enim verbum sanctum. *Super quem respiciã, nisi super humilẽ & quietũ, & trementem sermones meos?* Es. 66. 2. Justũ igitur & piũ est, Viri fratres, Deo potius obedientes nos esse, quàm in superbia & turbulentia, detestandæ æmulationis duces & authores, sequi; si enim omni periculi timore abjecto voluntatibus hominum nos tradiderimus, qui ad contentionẽ & seditiones acuunt & exstimulant, ut ab eo quod rectũ & bonũ est alienos nos reddant, non leve damnũ, immo potius grave periculũ subibimus. Benigni erga nos invicẽ simus, secundũ misericordiã, & dulcedinẽ Creatoris nostri: scriptum enim est,

λειφθήσονται ἐπ' αὐτῆς· οἱ δὲ παρανομοῦντες ἐξολοθρευθήσονται ἀπ' αὐτῆς· καὶ πάλιν λέγει, Εἶδον ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ αἰρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν, καὶ ἐξεζήτησα τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐχ εὗρον· φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι ἐστὶν ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ. Τοίνυν κολληθῶμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας εἰρηνεύουσιν, καὶ μὴ τοῖς μεθ' ὑποκρίσεως βουλομένοις εἰρήνην· λέγει γάρ που, Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ. καὶ πάλιν, Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, τῇ δὲ καρδίᾳ κατηρῶντο. καὶ πάλιν λέγει, Ἠγάπησαν αὐτὸν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτὸν, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ. * Ἀλλὰ γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια *γλῶσσαν μεγαλοῤῥήμονα, τοὺς εἰπόντας, τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνῶμεν, τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστιν,

ἴσ. ἄλαλα.
ἴσ. καὶ ἐξολοθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, καὶ

τίς

Benigni incolæ erunt terræ, innocentes relinquentur in ea; impii verò & legum violatores disperibunt ab ea. Et rursus dicit, *Vidi impium superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani: & transivi, & ecce non erat, & quæsivi eum, & non est inventus locus ejus. Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.* Jungamur itaq; amoris glutino eis qui cum pietate tranquillè vivunt, non autem eis qui fictâ simulatione pacem colunt: dicit enim alicubi, *Populus hic labiis me honorat, cor autē eorum longè abest à me.* Et rursus, *Ore suo benedicebāt, & corde suo maledicebant.* Et rursus dicit, *Dilexerunt eū in ore suo, & linguâ suâ mentiti sunt ei. Cor autē eorū non rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento ejus. Labia fraudulenta obmutescant, & disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam; qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster*

Psal. 37. 9. & Prov. 2. 20.

Psal. 37. 35.

Es. 29. 13.

Psal. 62. 4.

Psal. 78. 36.

Psal. 12. 3.

τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν, ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει κύριος, θήσομαι ἐν σωτηρίᾳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ. Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ, ὁ κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας, οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος· ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν, καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν· φησὶ γὰρ, Κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ· ὅτι οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος

Ἰσ. τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ *τὸ εἶδος τῶν ἀνθρώπων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀ-

δυνᾶται,

noster Dominus est? propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus: ponam in salutari, fiducialiter agam in eo. Christus enim eorum est, qui humiliter se gerunt, non qui cum fastu & arrogantiâ supra ejus gregem efferuntur. Sceptrum magnificentiæ Dei, Dominus noster Jesus Christus, non venit in jactantia superbiæ & arrogantiæ, quamvis potuerit; sed in humilitate, prout Spiritus Sanctus de eo loquutus est, dicit enim, *Domine* Esa. 53. 1.
quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? Annunciavimus quasi parvulum in cõspectu ejus; sicut radix in terra sitienti: non enim est species ei neq; gloria, & vidimus eũ, & non habebat speciẽ, neq; decorẽ; sed species ejus inhonorata, & deficiens præ filiis hominũ. Homo in plaga positus, & labore, & sciens ferre infirmitatem; quia aversa est facies ejus, despecta, & non reputata. Iste peccata nostra portat, & pro

nobis

δυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν· ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη, καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα· ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἥκει εἰς θάνατον· καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς· ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. Καὶ κύ-

nobis dolet; & nos reputavimus eum esse in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum, livore ejus nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus, homo in via sua erravit; & Dominus tradidit eum propter iniquitates nostras, & ipse propter afflictionem non aperit os suum. Sicut ovis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os. In humilitate judicium ejus sublatum est; generationem ejus quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita ejus, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo impios pro sepultura ejus, & divites pro morte illius: quia iniquitatem non fecit; neque dolum in ore suo; & Dominus vult mundare eum à plaga. Si dederitis pro peccato, anima vestra videbit semen longævum. Et vult Dominus auferre de dolore animam

ριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς· καὶ πλάσαι τῇ συνέσει· δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς· καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει· διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα· ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη. Καὶ πάλιν αὐτός φησιν, Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. πάντες οἱ θεωροῦντές με, ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν. Ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτόν, σωσάτω αὐτόν, ὅτι θέλει αὐτόν. Ὁρᾶτε, ἄνδρες ἀγαπητοί, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ δεδομένος ἡμῖν· εἰ γὰρ ὁ κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησε, τί ποιήσωμεν ἡμεῖς οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ * ἐλθόντος; μιμηταὶ γενώμεθα κἀκείνων, οἵτινες ἐν δέρμασιν αἰγείοις, καὶ μηλωταῖς περιεπάτησαν, κηρύσσοντες τὴν ἔλευσιν τοῦ χριστοῦ· λέγομεν

* ἴσ. ἐλθόντες.

mam ejus, oſtendere ei lucem, & formare intelligentiam, juſtificare juſtum bene ſervientem multis: & peccata eorum ipſe portabit. Propterea ipſe poſſidebit multos, & fortium dividet ſpolia, pro eo quod tradita eſt ad mortem anima ejus, & in iniquis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus eſt, & rurſus idem dicit, *Ego autem ſum* Pſal. 22. 6.
vermis & non homo, opprobium hominum, & abjectio plebis. Omnes videntes me, deriſerunt me, loquuti ſunt labiis, moverunt caput. Speravit in Domino, eripiat eum, ſalvum faciat eum, quoniam vult eum. Videtis, Viri dilecti, quale nobis exemplar ſit propoſitum; ſi enim Dominus ita ſe humiliavit, quid faciemus nos, qui ſub jugum ejus gratiæ per ipſum venimus? Imitatores ſimus eorum qui in caprinis & ovinis pellibus adventum Chriſti prædicantes circumierunt, *Eliam* dicimus,

&

μὲν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισαῖον, ἔτι δὲ καὶ
Ἰεζεκιὴλ τοὺς προφήτας, πρὸς τούτοις
καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους· ἐμαρτυρήθη
μεγάλως Ἀβραάμ, καὶ φίλος προση-
γορεύθη τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγει ἀτενίζων
εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ταπεινοφρονῶν,
Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός. Ἔτι δὲ καὶ
περὶ Ἰὼβ οὕτω γέγραπται, Ἰὼβ ἦν δί-
καιος, καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινός, θεο-
σεβής, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ·
ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορῶν λέγει, οὐδεὶς
καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου οὐδὲ εἰ μιᾶς ἡμέρας
ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Μωϋσῆς πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴ-
κῳ αὐτοῦ ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆς προστασίας
αὐτοῦ ἔκρινεν ὁ Θεὸς ῥύσαι τὸν Ἰσραὴλ
ἀπὸ τῶν μαστίγων καὶ τῶν αἰκισμάτων αὐ-
τῶν, ἀλλὰ κἀκεῖνος δοξασθεὶς μεγάλως
οὐκ ἐμεγαλορρημόνησεν· ἀλλ' εἶπεν ἐκ τῆς
βάτου χρηματισμοῦ αὐτῷ διδομένου. Τίς
εἰμι ἐγώ, ὅτι με πέμπεις; ἐγὼ δέ
εἰμι ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος. καὶ
πάλιν λέγει, Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ
χύτρας. Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυ-
ρημένῳ Δαβίδ, πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεός,
Εὗρον

& *Elizæum*, & *Ezechielem* prophetas, & cum his, eos qui præclarum testimonium consequuti sunt. *Abraham* elogio insigni ornatus fuit, & amicus Dei vocatus fuit, qui gloriam Dei defixis oculis aspiciens in humilitate dixit. *Ego autem sum terra & cinis.* Gen. 18.27. Præterea & de *Jobo* sic scriptum est, *Job erat justus, sine crimine, verax, colens Deum, abstinens ab omni mala re*: Job. 1. 1. sed ille seipsum accusans dicit, *Nemo mundus à sorde, etsi vita ejus unius diei fuerit.* Job. 14. 4. *Moses* fidelis in tota ejus domo vocatus est, & per ejus præfecturam voluit Dominus à plagis & suppliciis liberare populum *Israeliticum*; verùm ille honore magno affectus, non est grandia loquutus, sed cum ex rubo oraculum divinum ei datum fuisset, *Quis sũ ego dixit, ut me mittas? gracili voce, & tarda lingua ego sum.* Et rursus dicit, *Ego sum ollæ vapor.* Quid autẽ de *Davide*, qui egregiũ testimoniũ obtinuit, dicemus; de

quo

Εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἐν ἐλαίῳ αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν. Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου· ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με. ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστὶν διὰ παντός· σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου· ἰδοὺ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας, τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι· ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι· ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην· ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τεταπεινωμένα· ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας

quo loquutus est Deus, *Inveni hominem secundùm cor meum*, Davidem Iesse *filium*, *in oleo sempiterno unxi eum*. Ipse vero dicit ad Deum. *Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam, & secundùm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum coram me est semper. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me hyssopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, exultabunt ossa humiliata. Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.*

Psal. 89. 21.
Act. 13. 22.
Psal. 51.

μίας μου ἐξάλειψον· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὺ ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου· μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ προσώπου σου, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ· ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου· καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. διδάξω ἀνόμους τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀσεβεῖς ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ σέ· ῥῦσαί με ἐξ αἱμάτων ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου. ἀγαλλιάσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν δικαιοσύνην σου κύριε, τὸ στόμα μου ἀνοίξεις, καὶ τὰ χείλη μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου. ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν ἔδωκα ἄν. ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει. Τῶν τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων οὕτως μεμαρτυρημένων τὸ ταπεινόφρον καὶ τὸ ὑποδεὲς διὰ τῆς ὑπακοῆς, οὐ μόνον ἡμᾶς ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς, βελτίους ἐποίησεν, τούς τε καταδεξαμένους τὰ λόγια αὐτοῦ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ.

dele. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me à facie tua, & spiritum tuum sanctum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ, exultabit lingua mea justitiam tuam. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaris. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Talium igitur & tantorum, qui tam clarum elogium consequuti sunt, humilitas & per obedientiam subjectio; non tantum nos, sed & ante nos generationes meliores reddidit, & qui in timore & veritate ejus eloquia susceperunt: quare multorum magnorum,

θεία. Πολλῶν οὖν καὶ μεγάλων καὶ ἐνδό-
ἴσ. παραδειγμάτων. ξων μετειληφότες * πράξεων, ἐπανα-
δράμωμεν ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδεδο-
μένον ἡμῖν τῆς εἰρήνης σκοπόν· καὶ ἀτε-
νίσωμεν εἰς τὸν πατέρα καὶ κτίστην τοῦ σύμ-
παντος κόσμου, καὶ ταῖς μεγαλοπρεπέσι
καὶ ὑπερβαλλούσαις αὐτοῦ δωρεαῖς τῆς εἰρή-
νης, εὐεργεσίαις τε κολληθῶμεν· ἴδω-
μεν αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, καὶ ἐμβλέψω-
μεν τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς εἰς τὸ μα-
κρόθυμον αὐτοῦ βούλημα· νοήσωμεν πῶς
ἀόργητος ὑπάρχει πρὸς πᾶσαν τὴν
κτίσιν αὐτοῦ. Οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει
ἴσ. μὴ αὐτοῦ * σαλευόμενοι ἐν εἰρήνῃ ὑποτάσ-
σονται αὐτῷ· ἡμέρα τε καὶ νὺξ τὸν τε-
ταγμένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμον διανύουσιν,
ἴσ. ἀλλήλαις ἐμποδίζουσαι. μηδὲν ἀλλήλοις * ἐμποδίζοντα. Ἥλιός
τε καὶ σελήνη, ἀστέρων τε χοροί, κατὰ τὴν δια-
ταγὴν αὐτοῦ ἐν ὁμονοίᾳ δίχα πάσης πα-
ρεκβάσεως, ἐξελίσσουσιν τοὺς ἐπιτεταγ-
μένους αὐτοῖς ὁρισμούς. Γῆ κυοφοροῦσα,
κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ τοῖς ἰδίοις καιροῖς
τὴν παμπλήθη ἀνθρώποις τε καὶ θηρσί, καὶ

πᾶσ'

Pag. 26. Στήλην ἁλὸς] *Josephus l.* 1. *antiqu* ejusdem seculi cum *Clemente* scriptor, ex oculorum fide hoc ipsum testatum facit, verbis disertissimis professus ἱστόρηκα δ' αὐτήν, ἔτι γὰρ ἢ νῦν διαμένει, quam rem ne minus probabilē putemus rationem istius diuturnitatis impendio admirandam assignat *Tertullianus*, *scil.* quod perpetuis temporibus reparetur, & si *quis advena formam mutilaverit*, *suggestu ex sese vulnera* protenus *complet*, imo quod & fuso subinde sanguine originem & cladem fatetur. Nec hic sistitur, sed & præsentis ævi scriptores, (quam recte alii judicent) etiamnum superesse asserunt vivacem hanc & suo quasi sale conditam statuam.

Pag. 26. κατασκοπεῦσαι τὴν χώραν αὐτοῦ] *Junius* male vertit *eorum*, lege *ejus*.

Pag. 30. οὐ μόνον πίστις ἀλλὰ προθυμία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονεν] In Deo *Israëlis* reposita fiducia, & ab ipso

so sperata salus, ante Domini adventum in *justitiam*, atque eam *fidem reputabantur*, licet *Messiæ* futurus adventus, cum ejusdem incarnationis, mortis & resurrectionis mysteriis minimè essent perspecta: eodem jure plæræque res gestæ per totam legis oeconomiam *Prophetiæ* loco sunt habitæ, Deo eas ita dirigente ut futuræ redēptionis statum quadantenus adumbrarent, ita ex *Ægypto* populi Israelitici exitus, transitus per *rubrum mare*, *serpentis ænei* Elevatio, ut innumera alia præter eam, ad *Messiæ* tempora pertinuisse constat; sed præ aliis peculiari quodam jure, hæc servatæ vitæ quasi Paschalis tessera, & in purpurâ sanguinis redempti pignus prophetiæ elogium meruisse videbuntur: siquidem in lege *Mosaica* perpetuus ferè usus symboli istius, nimirum *Coccini* in omnibus cujuscunque generis piamentis & lustrationibus, ita *Ep: ad Heb: c. 9. v.* 19. cum universus Populus acceptâ lege lustrari deberet, *Moses dicitur accepisse sanguinem vitulo-*

rum

rum & hircorum, cum aquâ & lanâ coccineâ & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersisse; idem in leprosi purificatione factum *Levit*. 14. 49. imo vero ex *Talmude* discimus *Cod*: *Ioma c*. 4. diem *Kippurim*, (qui si quis alius, expiationis per Domini sanguinem obtinendæ typum gessit) non sine לשון של זהורית linguâ seu filamento coccino celebratam; imo si *Gemaræ* ejusdem Codicis, & libro *Juchasin* fides, exinde etiam de magnæ istius solennitatis successu judicium ferebatur, si enim expiatio rite peracta esset, coccus albedinem induebat היה לשון של זהורית מלבין suisque nivibus, similem reconciliatæ gentis innocentiam spopondisse fertur.

Pag 36. Τὸ Σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης.] Respicit author ad *vers*. 6. *Ps*. 45. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου quem locum adducit *Auth*. *ad Hebr*. *c*. 18. ad divinas Christi prærogativas stabiliendum, quo etiam prolato concludit *Justinus Martyr* adversus *Tryphonem* ὅτι καὶ προσκυνητός ἐστι, καὶ Θεὸς, καὶ Χριστός. & quidem

quidem eo felicius ad retundendam *Judaeorum* pertinaciam adducitur hic textus, siquidem ad *Messiam* pertinere vel ipsi fatentur *Rabbini*, scil. *Targum*, *Kimchi*, *Aben Ezra*, & *Salom*: *Jarchi*. Certe Christus Dei *Sceptrum*, quod potentiæ symbolum, rectissimè dicitur, siquidem *per eum omnia facta sunt, quæ sunt facta* *Jo.* 1. & ut ait *Author ad Heb.* τοὺ αἰῶνας ἐποίησεν, malè ergò vapulat author noster apud *Photium* quod τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς.

Pag. 42. Ἀτιμίες ἀπὸ χώρας] observat doctissimus interpres has voces in *Pentateucho* non reperiri, variasque excusationes comminiscitur, illas scil. apud *Chrys*: sparsas μὴ διὰ τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ διὰ αὐτῶν τῶν πραγμάτων· ἢ διὰ τὸ νόημα κείμενον, μὴ ἐπ' αὐτῶν τῶν ῥημάτων· ἢ εἰκὸς καὶ γέγραφθαι ἐν βίβλοις, καὶ ἠφανίσθαι τὰ βιβλία. Sed non opus est talibus Apologiis; quando compertissimũ sit non omnia quæ dixerant viri sancti scriptis veteris testamenti mãdari, magis quã quæ Dominus noster gessit

&

& locutus est: de quibus ait Apostolus *Joh: ult.* si *scribantur per singula, mundum ipsum capere non posse eos qui scribendi sunt, libros.* Quin & *Author ad Heb. cap.* 12. *v.* 21. huic ipsi *Mosi* verba attribuit, quæ non magis quam hæ, in *Pentateucho* comparent. Nullibi enim dicentem audimus ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. Interea tamen, utcunque alibi desiderentur hæc verba, saltem in *Psalterio* videntur occurrere *Ps*: 119. *v.* 83. הייתי כנאד בקיטור *ego sicut olla in fumo*, quanquã versio 70 interpretũ aliud quiddã profiteatur: unde licet *Mosi* jure tribui non possint, *Davidi* fortassis, de quo statim mentio habetur, de facili restituentur. Rem serio pensitanti dubitatio non levis suboritur, locum hunc librarii injuriâ luxatum, ita posse reponi: τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβὶδ πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεὸς, εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἐν ἐλαίῳ αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτὸν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεὸν ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας, καὶ πάλιν λέγει ἐλέησόν με ὁ Θεὸς &c. Fatendum quidem est, perio-

dum

dum hanc non aliter apud *Clementem Alexand:* quam hic haberi, sed qui meminerit quid de interpolatis *Danaïdum* & *Dirces* nominibus suprà observatum, atque etiam perspexerit quâ licentiâ utatur *Alexandrinus Clemens* in laudando hoc nostro, nimirum quasi ex nominis prærogativâ de suo ubique ageret, adeo illum non testem genuinæ lectionis citabit, ut corruptæ potius insimulandum censeret: adnotare insuper licebit voces has reperiri *Hos:* 13,3. licet enim nunc temporis legatur ὡς ἀτμὶς ἀπὸ δακρύων, & (ut alia exemplaria) ἀκρίδων, quasi ex voce ארבה: tamen *Theodotio* & M. S. *Alex:* ἐκ καπνοδόχης: & B. *Hieron:* è *fumario* reddidere; certè hic nullo sensu legitur sive ἀκρίδων sive δακρύων, & verisimile pro χύτρας librarii errore nunc haberi. Consonat etiam vox *Hebræa* ארבה quæ non modo ὀπὴ & θυρὶς sed apud *Rabbinos* כלי קטן exponitur: Arabes etiam اربة dicunt, nisi quod illi vas magnum velint. Hanc versionem agnoscit *Targum* in *Hos:* loco sup. laudato תננא: מכוות נורא

Pag. 48.

Pag. 48. Οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι] interponit hic particulam *negativam* Doctissimus *Iunius*; sed non facile quis sibi indulserit eam *dictaturam*, ut velit de suo *contradictoriam* opponere Authoris vocibus cujus mentem interpretari præ se fert; præsertim si ejusdem Verba commodum sensum ullatenus admittant: quod quidem hic loci contingere videtur. Quisquis enim perpetuam *cælorum* vertiginem, *Planetarum* errores, apogea & perigea, progressiones, stationes & retrogradationes, & varia quæ subinde occurrunt *phænomena* observaverit: æstu quodã rapi, & marini fluctus ad instar σαλεύειν non diffitebitur: præsertim post explosos per solidissima argumenta solidos *orbes*, & inductas inde *Hypotheses*, de systematum liquido in æthere ceu vastissimo in pelago decursu, & tantum non in *Cartesianis* vorticibus perenni jactatione.

P. 50. Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέραντος] per Oceanum impermeabilẽ, intelligit doctissimus *Iunius* τὴν ἔξω θάλασσαν vastissimũ & apertissimũ oceanum

(quem-

(quemadmodũ *Cæsar* eum appellat) *Britannias* noſtras à toto orbe dividentem, quem S. *Baſilius* longo poſt *Clementẽ* intervallo πολυπείραστον ὠκεανὸν dixit; *Ambroſius, inauſũ navigantibus*, atq; *intentatũ nautis*; *Libanius*, ἀπέρατον πέλαγος. *Solinus undoſum & inquietum, toto in anno non niſi æſtivis pauculis diebus navigabilem*. Sed certè rectius diffuſiſſimo *Atlantico* mari hæc convenient, præſertim cum ex *Suidâ* diſcamus πάντα τὰ ἄπλωτα πελάγη, omnia innavigabilia Maria *Atlantica* appellari; & etiam abundè cognoverimus, veteres pene omnes eâ fuiſſe in ſententiâ, naturæ & rerum fines, Cymmerias tenebras, fœdam uliginem, intranabiles paludes, & vaſtum demum Chaos inibi verſari.

Pag. 50. οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι] Sentit idem doctiſſimus *Junius* orbes hoſce eſſe inſulas *Britannicas*; & quidem ſi poetarum ratio aliqua ſit habenda in re ſeriâ, rectiſſimè; *Seneca* enim appellat *Orbem ultra oceanum*, *Manilius*, *Novos quos pontus ſubduxerat orbes*. *Virgil*, *penitùs toto diviſos orbe Britannos*.

Clau-

Claudianus, *alio quæsitos orbe*, & *nostro abductos mundo*. Sed nec desunt historici qui istis succenturientur. *Josephus* appellat ἑτέραν οἰκουμένην. *Lucius Florus*, de iis verba faciens, *ait Cæsarem respexisse Oceanum*, & *quasi hic Romanis orbis non sufficeret*, *alterum cogitasse*, quem sensum iisdem ferè verbis expressit *Velleius Paterculus*. Imò nec aliter sensisse visus est *Urbanus Papa Rom*: qui *Anselmum Cantuariensem* Archiep. *alterius orbis Papam* agnoscebat. At nihilominus cum omnibus retro seculis, magna hominum animos tenuit anticipatio istius *Americani* orbis qui nunc detegitur, & *Plato*, *Aristoteles*, *Plinius*, *Ælianus*, *Seneca*, *Tertullianus* non obscure videntur eum adumbrâsse; *Origenis* sententiæ potius accedo qui *l.* 2. περὶ ἀρχῶν hæc verba enarrans, ad trans mare ἀντίχθονας, hoc est regiones *Americanas* retulit: fatendum quidem est, eum misere hallucinatum, quando ea quæ habentur 2 *Pet*. 3, 13. in hunc etiam sensum pertraheret: sed si aliquando dormitaverit, nemo

mo ipsi jure interdicat, ne denuo
expergiscatur, nec solemus com-
perta dicentibus fidem abrogare,
eo quod alibi, eandem per errorem
lusisse deprehensi sunt.

Pag. 50. Ἀνέμων σταθμοὶ] etiam
venti utcunque inconstantes legi
subjiciuntur, annua agnoscunt fla-
mina, & statis temporibus quasi ex
condicto redeunt; adeo non peni-
tus *ubi vult spirat ventus*.

Pag. 56. Διὸ μὴ διψυχῶμεν, μηδὲ
ἰνδαλλέσθω] *duplex* iste *animus*, a-
pud scriptores sacros pessime audi-
re solet, ut sit ἀνὴρ δίψυχος, *instabilis*,
varius, *fluxa*, imo *nullius fidei*; qui
cor illud quod Deo opt: Max: in so-
lidum debetur, inter *ipsum* & *Sata-
nam*, pietatem & lucri compendia,
voluptatumque illecebras partitur
& dispescit. Ἰνδάλλεσθαι autem est
φαντάζεσθαι spectra & phasmata ca-
ptare, inde *Ierem*: 17, 3. ציים quae
alibi δαιμόνια redduntur, ἰνδάλματα
à 70 dici meruere, quo omnino si-
gnificatu eadem vox occurrit *Sap*.
17, 3. qui ergo inani φιλαυτίᾳ sibi
metipsis placent, & seipsos ut sine
merito, ita etiam rivali depereunt,
quosque

quosq; B. *Iudas* ἐνυπνιαζομένους appellat, ii sunt à quorum labe & morbo *S. Clemens* cavere hortatur, atque suadet.

Pag. 60. Ὄρνεον γάρ ἐστιν] *Photius* in biblioth: (pro irritabili criticorum indole) vitio vertit authori nostro quod de *Phœnice* hic verba fecerit: meminisse autem potuit, in f. literis, saltem ex mente 70, *Hieron:* atque aliorum interpretum, animalia recenseri non magis à naturalis historiæ, & Philosophiæ peritis agnita, quam *Assyria* hæc volucris, quæ *proprii corporis hæres, & cinerum fœtus, redivivo carnis suæ humore reparari, & de funebri rogo resurgere perhibetur*, *ibi etenim* איים ו לילש ופרס ואקו שעירים ו תנים ו לילית, τραγέλαφοι, *Gryphes*, μυρμηκολέοντες, *fauni*, *satyræ*, *sirenes*, *lamiæ*, redduntur. Imo vero disquisitionem aliquam meretur, an non de *phœnice* expressa habeatur mentio in S. Script: nimirum *lib. Iob, c.* 29, 18. ubi dicit עם קני אגוע וכחול ארבה ימים *expirabo in nido meo, & sicut Phœnix multiplicabo dies*; vetustissimi

 apud

apud Heb: Authores, & maximi nominis, *lib. Zohar. Talmud.* in *tract. Sanhedrin. Bereshith rabba. lib. Ialkut. R. Salom. Iarchi*, in Comment. in locum, certe sunt in eâ sententiâ; quin & in Masorâ specialiter notatur quod vox hæc חול aliud significet quam vulgo, de qua *Hieron:* in Epistolâ ad *Præsidium. Et vero ex nota quadam Masoretica quæ ad hanc vocem adscripta legitur, in quibusdam bibliis manuscriptis, quâ præscribitur bis reperiri, idque in duabus significationibus; sequitur apud Jobum Phœnicē significare, cum Gen:* 22, 17. *Arenā significet*, porro dicit *R. D. Kimchi* se invenisse vocem חול cum *Shurek* ut *Phœnicem* significet in libro correcto *Hierosolymitano:* revera 70 Seniores ita reddunt has voces ἡ ἡλικία μου γηράσει ὥσπερ στέλεχος φοίνικος, ubi φοῖνιξ homonymum est, & *palmam* non minus quam *Phœnicem* effert. Sed quandoquidē חול *Palmā* nunquam denotare cognoscitur, cogitandum venit utrum incredibile prorsus sit τὸ στέλεχος hic in eo significatu apud eos positū quo *stirps*

&

& *ſtemma* in omnibus fere *dialectis* paſſim uſurpantur; quod ſi fiat, ipſi 70 Interpretes omnino Phœnicē agnovêre: at vero ſi *mantiſſæ* loco adjiciatur, Authores laudatiſſimos, quà ſacros, quà profanos, nimirum *Herodotum*, *Tacitum*, *Dionem*, *Plutarchum*, *Plinium*, *Senecam*, *Melam*, *Solinum*, *Philoſtratum*, *Libaniū*, *Tertullianum*, *Originem*, *Cyrillum* Hieroſ: *Euſebium*, *Nazianzenum*, *Epiphanium*, *Syneſium*, *Hieron*: *Ambroſium*, *Lactantium*, *Bedam &c.* ut totam *Poetarum* gentem, & ſequioris ævi ſcriptores præteream, eâdem fuiſſe in ſententia; minime mirum videri debet (utcunq; *Bochartus* aliter ſenſerit,) Doctiſſimum *Junium* apud ſe ſtatuiſſe, ſatius eſſe tantis *auſpiciis errare*, præſertim in re ubi ſine noxa peccatur, quam contrariæ ſententiæ fautoribus accedendo vel *rectè* ſentire. Certè cum *Cornelius Tacitus*, cui adſtipulantur reliqui iſtius ſeculi hiſtorici, diſertè dicat *Paulo Fabio* & *Lucio Vitellio* Coſſ: *poſt longum ſeculorum ambitum, avem* Phœnicem *in Ægyptum veniſſe, & præbuiſſe materiem doctiſſimis*

ctiſſimis

ctissimis indigenarum & Græcorum, multa super eo miraculo disserendi; minimè putandum est eum merum mendacium, & putam putam fabulam effutiisse: præsertim, quando satis constat quantum olim malus *Dæmon* miserorū hominum superstitioni & ignorantiæ insultabat, quantúmque è re sua erat eâ tempestate, cum *Evangelii* splendor terrarum orbem vitalibus radiis salutare inciperet, notabili aliquo commento seipsum venditare; & quidem qui se pro *aëris principe*, per *avium* ministeria, & universum *auguralis* scientiæ apparatum gesserat, quique celeberrima illa *Jovis Dodonæi* apud *Græcos*, atque *Hammonis* apud *Ægyptios* Oracula solenni avium περιστερᾷ dedicaverat, (de quâ re inter alios cōsuli potest *Herodotus* in *Euterp.*) non absurde fecisse videbitur, si nutantia sua sacra stabilire conaretur, revocato eo ostento *Heliopoli*, quod animos hominum pridem imbuerat, promptissimamque fidem sibi spondere poterat. Nimirùm quod post longa quædam intervalla, *Avis* formæ

 prorsus

prorsus insolitæ, à colore saltem si non & veteri nomenclaturâ *Phœnix* dicenda, sese ostentaret, *quæ sublato*, ut verbis *Taciti* utar, *Myrrhæ pondere, tentatóque per longum iter, ubi par oneri, par meatui sit, sarcinam suam ad Solis Aram perferret, atque adoleret* : atque *Officio* illo planè mirabili non minùs quàm *munere*, honorem altaribus adderet. Ostentum certè illud quod *Tarquinio prisco* animos dedit, ut apud *Romanos* imperium capesseret, (ut alia à *Livio* memorata prætaream,) multum ex hoc trahere videtur, nec non ei *facem* præferre. Sed si hæc minus satis faciant, breviter dici poterit *Phœnicis* historiam apud omnes pro concessâ habitam, & proinde argumento *ad homines* ducto, rectissimè inservire: nihil enim refert quibus armis hostem confodiamus; nec minus feliciter ab admisso *errore* redarguetur *error*, quam à *veritate* in medium productâ veritati *fides* & auctoramentum accedunt. Nec aliter videtur *B. Paulus* cum in hoc ipso negotio, apud hosce arbitros, (*Corinthios*

intelligo) versaretur, allegasse in causam suam, *morem*, pariter cum *Phœnicis* hac historia improbabilem, *baptismum pro mortuis*; ut exinde *resurrectionem* comprobaret.

Pag. 82. Ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς] substituendum putat doctissimus *Junius* ἀναθρεῖ, vel ἀναθεωρεῖ: aut saltem locum aliquanto luxatum ita restitui debere. Διὰ τοῦτο ἐν τῇ ἀσυνέτῳ καὶ ἐσκοτισμένῃ διανοίᾳ ἡμῶν ἀνατέλλει τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. Sed quando verba D. *Pauli* perpendo *Philip*: 4, 10. ἐχάρην ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν· ubi certo certius est vocem ἀναθάλλω reponi per *Metaphoram* pariter duram, & insolentem; nihil facilè mutaverim, Præsertim cum *Psalmo* 28, *v.* 10. habeatur ἀναθάλλει ἡ ψυχή μου pro עלז לבי quod *Aquila* vertit ἐγαυριάσατο & *Symmachus* ἱλαρώθη· & ipsi 70, *Psalmo* 16. *v.* 9. εὐφράνθη ἡ καρδία μου periodum igitur ita reddi posse existimo *Intellectus noster insipiens & obtenebratus reviviscit, aut exultat in admirabili ejus luce.*

Pag.

Pag. 84. Ἡγεμόσιν ἀνδρῶν] legerem αὐτῶν. plus enim S. *Ecclesiæ Patres* à *bello* abhorrebant, quam ut *Tribunos militares*, duces *suos*, appellare sustinerent; eo autem fidentius conjecturam interpono, quia vox ἀνδρῶν per lacunam in Exemplari desiderata, ex *conjecturâ*, quæ omnibus ex æquo patet, primitus à *Iunio* restituebatur.

Pag. 84. Πῶς εὐεκτικῶς] quam strenuè, alacriter, impigrè; mavult quidem Doct: *Junius* ut εὐεικτῶς legatur: sed minime necesse est quicquam immutare: etenim à *Platone* lib. de leg: εὐεκτικοὶ ad *Militiam* requiruntur, quinimo integri ætate et viribus ubique gentium in milites adscripti, qui בחורים, παῖδες, νεανίαι, *Pubes*, passim dicti, ideoq; vigēte disciplinâ, *Pācratiastarū* more ad εὐεξίαν, sive ἀκρότητα τῆς ὑγιείας exercebātur: unde *B. Paulus*, 2 *Tim.* 2. 4. *mandat*: κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης.

Pag. 92. Προσφορὰς] satis constat θυσίας, προσφορὰς, quodque eodem redit ὀσμὴν εὐωδίας, voces esse in novo *Testamento* receptas, an verò per *metaphoram*, & blandiora *tropi*

 tormenta

tormenta uſurpentur, aut abſolutè ex uſu communi, & receptâ *Eccleſiæ* praxi admiſſæ fuerint, altius repetendum. Et quidem ſi *Canones* ii, qui A*poſtolorum* nomen præferunt, *illos*, aut ſaltem *Clementem* hunc noſtrum (quod à quibuſdam dici ſolet) *Authorem* haberent; nullus ſupereſſet dubitationi locus. *Canon* enim tertius ſic ait: εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν, ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια παρὰ τὴν διάταξιν καθαιρείσθω πλὴν νέων χίδρων, ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι, &c. Sed quandoquidē de eorundem *Canonū* fide dubitatur; obſervari debet quod primis *Eccleſiæ* temporibus, non ſolum ſingulis *diebus dominicis* in Chriſtianorum conventu, ex *D.* P*auli* mandato, pauperum gratia *collectam* pecuniariam fuiſſe inſtitutam; ſed etiam ἀκροθίνια quædam, doni ſeu *oblationis* nomine ſacræ menſæ fuiſſe allata: hinc ſæpius in hac ipſa *Epiſtola* τῆς προσφορᾶς mentio: ubi etiam *Epiſcopi* deſcribuntur hoc characte-

re

re et Elogio quod sint προσενήγκον-τα τῇ θυσίᾳ. In quem sensum θεοφόρος *Ignatius*, nequicquam reclamante plagoso S. Patrum *Orbilio, Dallao*, ait, ad *Smyrnenses* non licere absque Episcopo οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν. Nec aliter *Justinus* Martyr, tum Elementa ad *Eucharistiam* adhibita, tum ad *Eulogias* absentibus mittendas destinata Apol. 2. disertis verbis προσφορὰς appellat. Sed apertissimè omnium *Irenæus l.* 4. *c.* 39. rem totam exequitur. *Dominus, inquit, discipulis suis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati*; quod sæpius ingerit *cap.* 33. et 34. ut et alibi passim. Quibus succinit *B. Cyprianus* de opere et eleem: *Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non respicis, quæ in dominicum sine sacrificio venis, quæ partem de sacrificio quod pauper obtulit sumis? &c.* quæ ferè descripsit D. *August.* Serm. 13. *de temp.* dum ait, *Oblationes quæ in Altari consecrantur offerte: erubescere debet*

homo idoneus, si de alienâ oblatione communicet. Atque hanc ipsam ob causam oblationum vox tam frequenter apud antiquissimos Ecclesiæ Patres occurrit, præsertim ubi de Eucharistiæ mysteriis agitur, ut et in Missali Romano; imo vero & in Ecclesiæ nostræ Anglicanæ solenni Officio etiamnum retinetur. Nimirum ut sacratissima Eucharistiæ Mysteria τὰ εἰρηνικὰ sive pacifica omnino videri possint, par erat ut qui sacris operaretur, munera sua Deo offerret, cumque eadem participaret sacræ admotus mensæ, numinis conviva fieret, possitque ut D. Pauli verbis utar θυσιαστηρίῳ μετέχειν. Porro adverti debet eam fuisse primitus non modo Eucharistiæ sed, & Oblationum religionem, ut ab illa detineri ἀφορισμοῦ sive Excommunicationis gradus haberetur, & proinde apud sacros Canones præsertim Ancyranos, κοινωνία χωρὶς προσφορᾶς tanquam districtioris censuræ & segregationis nota solebat irrogari; utcunque hoc minus observatum, à viris undequaque doctissimis, quibus ad missæ sacrificium

per

per omnia intentis, rem satis manifestam perspicere non vacabat: quinimo in gravissimam inexpiabilis delicti *pœnam* cedebat, si cui post mortem animadversio illa prorogaretur; nec in veniæ indultæ fidem, *oblationes defuncti nomine*, quasi postliminio reciperentur: adeo *Deo* & sacris elargiri, non *jactura*, sed *privilegium* & *lucrum* nascente *Ecclesia* habebantur. Sed nunc temporis præparca & *frugi* obtinet *pietas*, abunde numen *demeretur* qui non *spoliaverit*; impendio *liberalis*, qui per sacrilegium nihil *abstulerit*: satisque pro *aris focisque* credetur decertasse, quisquis non *aras & templa* ipsa focis consumenda demandaverit.

Pag. 92. Ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις] *Omnibus tempus determinatum est, & opportunitas omni negotio sub cœlis*, inquit vir *Sapiens*, *Eccl.* 3, 1. & quidem serio dolendum, si cum paratas sibi habeant *vices* levissima vitæ munia, sola *pietas*, in cujus obsequium vita ipsa, & omnia ævi spatia concessa fuerant, temporis

limitibus

limitibus excluderetur: revera *septimum* diem humano generi à condito mundo, *maximis*, hoc est, *suis auspiciis* sanctum voluit *Deus*. Unde postquam in ejusdem παλιγγενεσία, novam denati orbis *Epocham* instituisset, paribus eam *privilegiis*, & quasi insulis donavit, & τῆς κυριακῆς sacrosancta facta est *religio*: quinetiam quandoquidem *Salvator* noster pietatem discipulorum suorum, *Mosis* sequacium κατορθώματα superare voluit; apud quos, ultra *Sabbati* solennia, *secunda* & *quinta* Sabbati habebantur Sacræ, ne, ut ait *Maim. tephilla ubircath Cohenim* c. 12, n. 1. *trium dierum spatio ab auditione cessaretur*; (unde fluxit mos jejunandi δὶς τοῦ σαββάτου cujus mentio *Luc.* 18, 12) par erat ut saltem iisdem *intervallis*, apud Christianam pietatem professos, sacra redirent *munia*, quod utique factum; nimirū *stationum* diebus ad *quartam* & *sextam* promotis, quod passim ex *Tertulliano* discimus, & etiam a *Clemente Alexandrino*, qui eas τετράδα καὶ παρασκευὴν, sive ἑρμοῦ καὶ ἀφροδίτης appellitat; licet diu sit, ex

ex quo *Romana Ecclesia* ab antiquissima hac praxi desciverit. In *minutioribus* temporis *intervallis* consimilis omnino ratio; eas enim, quæ in *Ecclesia Judaica* receptæ fuerant, vices, non à *Domino* nostro tantum, sed insuper ab *Apostolis* agnitas videmus, proinde *Act.* 3.1. ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, solennioris officii causâ D. *Petrum* & *Iohannem* in *Templum* perduxisse, verbis disertis dictum est. In *Synagogâ* licet lege nullâ de *Precibus* caveretur, singulis diebus *tres* recurrebant earundem vices נמצאו התפלות בכל יום שלש ערבית ושחרית ומנחה. *Maim: Iad,* tract: de *precibus & benedict: sacer*: c. 1. v. 4. quas etiam *Christianæ* Ecclesiæ moribus receptas *Tertullianus* in *lib. de Jejun: Cyp. de Orat.* nec non *Hieron. ad Lætam & Demet.* nescire nos vetant: addi his non injuriâ poterit tam egregiū *horarum* sacrarum usum fuisse, ad promovendas pietatis rationes, ut *Julianus Apostata*, postquam pro comperto habuisset, fidem *Christianam* vi & injuriis non posse superari, atque *imitationis* tyrannide

de-

demoliendam statuisset, Gentilismo suo introducendas curavit ἀρξὰν ἡ ρωτῶν καὶ ἡμερῶν τεταγμένας εὐχάς. teste Sozom *l.9.c.* 15. Quod etiam *Apollonium* Tyanæum fecisse discimus a *Philostrato l.4* vitæ ejus c 8. Apud *Turcas* eundem invaluisse morem nemo est qui nescit.

Pag. 92. Λαϊκὸς ἄνθρωπος] nulla tam misera, tam addicta *servitus* est, quam δουλεύοντος τῇ ὑποθέσει, alias viri doctissimi *Salmasius* & *Seldenus*, ut alios minorum gentium criticos præteream, *Calvini* aut *Erasti* placitis addictos, nunquam tam graviter in *arte* quam profitebantur, lapsi essent, ut dicere sustinerent, *olim presbyteros fuisse laicos; & laici vocem quatenus Clero contradistinguitur, serius in Ecclesia obtinuisse. Ignatii* loca non affero, siquidem novatores quando ejus authoritate premuntur, breviter se expediunt dicendo ψευδεπίγραφον eum, aut interpolatum.

Pag. 96. Καθίσαντες τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι] Primogeniti olim natalium jure *sacerdotium* vendicabant; primitivæ autem

tum *Ecclesiæ* usus id maximè poscebat, & plurimi intererat ut *conversus* quilibet non *confirmaret* modo, sed & *faceret fratres:* festinatáq; anticipatione ætatis juxta suæ, & futuræ prolis, in *patrem* nasceretur. Huic mori digitum intentat *Epiphanius* hæres: 75, & ex *Actor: lib:* & D. P*auli* Epistolis constat, Ecclesias tunc temporis fuisse, quæ Civitatis totius nomine censerentur, κατ' οἶκον constitutas. *Episcopos* vero *spiritus sancti* monitis, huic curæ admotos fuisse ex *Act.* 1, 24. *Act:* 23, 2. 1 *Tim.* 4, 14. discimus; quod & *Eusebius* ex *Clemente Alex:* de B. *Iohanne* refert; dum illum narrat *Episcopos* in Ecclesiis *Asiæ* ordinasse τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένων cujus rei vestigia etiamnũ cõparent, siquidem licet nunc temporis nec sacram audiamus *venti* irruentis procellam, nec divinos capita lambentes intueamur *ignes*, ad *sacerdotium* nemo admittitur, nisi qui prius professus fuerit, se *sp: sancti instinctu vocatum ad munus istud suscipiendum*, & ita post preces solenniter pro ejusdem largitione fa-

ctas

ctas; demum hac formulâ ordinatur: *Accipito sp: sanctum.*

Pag. 94. Μωμοσκοπεῖν] integras, purásque *hostias* omnis religio deposcebat, unde sacerdotibus id negotii dabatur δοκιμάζειν καὶ ἐξετάζειν τὰ ἱερεῖα, qui apud Scriptores nostros & Hellenistas μωμοσκόποι, (non, quod in *Glossario* Latino Græco à *Stephano* in lucem edito placuit, σωμοσκόποι) dicebantur.

Pag. 98. Ἐσφραγισμένων τοῖς δακτυλίοις] in rebus gestis enarrandis semper licere creditum est circumstantias adhibere, quæ narrationis filo rectius texendo videntur conducere, licet minimè reperiantur in iis scriptis, è quibus historia ipsa primitus petebatur: hoc jure utebatur *B. Ste. Act*, 7 B. *Paulus* 2 *Tim.* 3. 8 & ad *Heb.* 12. 21. ut & alii passim. *Josephus* cum negotium hoc enarrat, ait virgas facilè cognitas τῶν ποτὲ ἀνδρῶν κατασημηναμένων αὐτὰς διεκόμιζον.

Pag. 100 Ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τῷ ὀνόματος] Luculenta *præsentio* rerum apud nos gestarum, quæque *propheticum* Apostolici ævi, & viri spiritum profitetur: olim *Schismata* &

hæreses

hæreses subinde ortæ, præ fastigii istius desiderio & ambitu, nunc idē ipsum contēptus & *odiū* præstant: quinimo de *nomine* hôc, non lites modò natæ, sed bella & clades seris nepotibus, nisi *Deus* avertat luenda, causas & fomenta deduxere.

Pag. 100. Καταςαθέντας ὑπ' ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν, συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης] locus si quis alius apprime utilis; ad intelligendum quæ fuerint partes, *cleri* & *plebis*, in Episcoporum ordinatione. Κατάςασις ad *Apostolos* & *Episcopos*, Συνευδόκησις ad *plebem* spectabat; rem optimè illustrat B. *Cyprianus* Epist. 68. *diligenter de traditione divinâ & Apostolicâ observatione servandum est & tenendum, quod apud nos quoque & fere per universas provincias tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem cui præpositus ordinatur, Episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & Episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissimè novit, & uniuscujusque actum, de ejus conversatione perspexit: quod & apud vos factum videmus, in Sabi-*

ni collegæ nostri ordinatione, ut d *universæ fraternitatis suffragio, &* *de Episcoporum qui in præsenti* *convenerant, quique de eo ad vos li-* *teras fecerant, Judicio, Episcopatu* *ei deferretur, & manus ei in locum* *Basilidis imponeretur.* Ita in substi- tuendo successore in locum *Juda* traditoris cū *Apostoli* duos constitu- issent, fideles ex eorum mandato in- quirunt, & ἐπισκοπῇ quadā *Episcopā* designant ἐπισκέπτοντες ἄνδρας μεμαρ- τυρημένους· cujus rei, cum obiter men- tionem fecisset, hanc causam Assi- gnat D. *Cyprianus* modo laudatus. *Hoc tam diligenter & cautè convo- cata tota plebe gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdo- talem locum indignus obreperet.* Ita & *Timotheus* à B. *Paulo* ordinabatur, siquidem ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν *Act.* 16. Verba *Originis*, hac ipsa in re *Homil.* 6. in *Levit*: legisse minimè pigebit, qui ait, *requiri in ordinando sacer- dote præsentiam populi, ut sciant omnes & certi sint, quia qui præstan- tior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute emi- nentior,*

...itur, ille qui eligitur ad sacerdo-...um, & hoc adstante populo, ne qua ...t modum retractatio cuipiam, ne ...ui scrupulus resideret: hoc est au-...m quod & Apostolus præcepit in or-...natione sacerdotis: oportet autem ...um & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Revera verba illa D. *Pauli* 1 *Tim. c.* 3. per eos qui *foris sunt*, significant eos qui sunt *extra Ecclesiam*, sed argumento *à minori* ex *Chrysost:* petito sequetur, εἰ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν. Iste autem *Plebis* assensus, quem *Theodoritus* in Causa *Petri* successoris *Athanasii L.* 4. c. 18. describit, quod in illo ὁ λαὸς ἅπας ταῖς εὐφημίαις ἐδήλου τὴν ἡδονήν, in *Ecclesia nostra* etiamnum requiritur, & ante collatos *presbyteratus* ordines, in solenni *Officio*, allocutio ad *Plebem* habetur in hæc verba. *Dilecti fratres hi sunt illi quos annuente Deo statuimus hodie in sacrum presbyt: Ministerium cooptare, nihil enim invenimus post debitum examen obstare, quo minus censeamus, eos aptos & idoneos ad illud munus obeundum, adeoque legitime ad idem*

vo-

vocatos esse, si quis autem vestrum
in eorum quovis, gravius ullum cri-
men vel impedimentum cognoscat, cu-
jus causa ad sacrum illud ministerium
non debeat recipi, nè gravetur id
extemplo in Dei nomine patefacere.
Nec aliud fere agitur, *in constituen-*
dis apud nos *Episcopis*; licet enim
nominatio (quæ quidem plurimum
valere solet) penes sit *Principem*;
Electio tamen ad *Presbyterium* sive
Episcopalis sedis *capitulum* (veteris
Alexandrini moris ad instar, de quo
Hieron: *Eutych*. & alii) etiamnum
pertinet: eâ tamen peractâ (quod
etiam *Alexandriæ* factum intellige-
re est, vel ex loco *Theodoriti* modo
laudati) plebis *assensus* demum expe-
ctatur: in quē finem, *Electio* à *Pres-*
byterio seorsim habita, ab iisdē *Ple-*
bi universæ, in *Navi Ecclesiæ Ca-*
thedralis, *solenniter solet renunciari*,
qui plerumque eandem gratam at-
que ratam habent. In illo insuper
instrumento, quo de istiusmodi ele-
ctionis Tenore & summâ certior
fit regia *Majestas*, *Cleri* item &
populi quibus communicabatur per
Electores electio recens facta, *ap-*

probatio

...ubilio & *applausus* nunquam non
...memoratur. Accedente postmo-
dum *electionis* istiusmodi *assensu*
quem vocant *regio*, emanat ex parte
...renis: Domini nostri *Regis man-*
...um ad *Metropolitam* datum, ut
...electionis nuper factæ *confirma-*
tionem quamprimum procedat,
quod sine juris solennibus apud nos
nunquam fieri consuevit, hinc *Me-*
tropolita, cui *confirmandi* solennia
jure competunt, *citationibus*, quam
fieri potest maximè peremptoriis,
omnes & singulos, qui sua putave-
rint interesse, compellat, ut die, ho-
râ & loco convenientibus & præ-
stitutis se sistant coram *Eo*, aut *Vi-*
cario ejus *generali*, *causam* si quam
habuerint, sive contra *electionis for-*
mam, sivè contra *personam* electam
dicturi, & in formâ Juris allegatu-
ri: ubi vero tempus in citationibus
assignatum advenerit, *Procurator*
eligentium se sistit pro *Tribunali*,
& *confirmationem* Episcopi electi
instanter postulans, *petitionem* sum-
mariam exhibet, in quâ ponit, &
asserit Episcopum electum, quoad
probitatem morum, quoad *scientiam*

tanto

tanto *muneri* congruum, quoad
dines, natales, ætatem, & alia id
nus esse habilem, idoneum &
siæ viduatæ, quæ eũ postulat, ap
mè utilem, imo necessarium. Q
quidem *petitio* summaria, ut &
quæ in *subsidium probationis* pe
stiusmodi *Procuratorem* adduc
tur, haud prius admittit *Metro*
lita sive *Vicarius* ejus *Generalis*
tribunali sedens, quam *Opposit*
(si qui sint) in istum locum, die
& horam citatos *præconizari* ju
rit, & nemine comparente (quod
men non semper evenit) pronunci
verit *contumaces*. *Oppositoribus*
men non præcluditur objiciend
contra *personam* electam, sive *fo*
mam ipsam *electionis* aditus, pe
sententiam definitivam electi con
firmatoriam; nisi *præconizatis* ite
rato illis: quibus virtute *citationi*
primariæ, per loca solita affixæ,
semet *opponere* confirmationi jam
expediendæ, vel in ipso momento
sententiæ prolationem præceden-
te, integrum est. Ita ut *populi*, eti-
am quantumvis *laici*, non solum *ap-*
probationem requiri, sed etiam *oppo-*

sitionem

... (si qua subest causa) atten-
... imo & judicialiter sollicitari ,
... lege constat. Hæc eo liberalius
...gessi, quia reperti sunt nonnul-
...quos dicere non piget in *Ecclesia*
...stra *Anglicana*, temere & passim
...nterri *Ordines*, tanquam in fana-
...iorum colluvie, eosdem hodie es-
... *Clericos*, cras *laicos*, & denuo e-
...um *Clericos*; & tandem ne quid
...endacio desit, Reverendissimos
... *Episcopos* in *Oenopolio* esse consecra-
...os: sed gratulamur nobis, quod
...adem versemur in *contumelia* cum
... *Salvatore* nostro, & *sanctis Apostolis*,
...quorum *alter* οἰνοπότης dicebatur,
...*iorum* solennis ad Apostolicum si-
...ve Episcopale munus *inauguratio*,
... *Musto*, & genialiter haustis Vini
...*yathis* imputata fuerat.

Pag. 100. Ἐπινομὴν δεδώκασιν] hæc
...μένης λέξις negotium fecit viris
... undequaque doctissimis; eruditissi-
...mus *Junius*, *præscriptas officiorum*
...*vices*; Clarissimus *Salmasius*, *Præ-*
...*ceptum*; Reverendissimus *Usserius*
... Armachanus, *ordinem præscriptam*.
... Illustrissimus, *Marca*, *formam*: Opti-
...mus *Hammondus*, *seriem aut modum*

suc-

Successionis, *catalogum*, *distributionem* aut *ordinationem* esse censem & quidem satis constabit contextu ratio, quocunque ex istis modis interpretemur. Sed quandoquidem certissimum est, vocem νομὴν eodem omnino esse in significatu cum verbo νέμω, atque etiam ἐπινέμω, & apud *Herodian.* Ita passim conjungi, quemadmodum hic apud *Clementem* nostrum cum verbo δίδωμι, simplicissimam judico *Hammondi* versionem, atque eidem accedendum.

Pag. 100. Τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν] hanc periodum ita reddidit vir doctissimus, *non leviter peccabimus si eos repudiaverimus*, *qui sanctè & sine reprehensione episcopatus munera offerunt*, Errore satis gravi & manifesto, sed istiusmodi cui solum animus alio intentus, in causâ esse potuit: nos luxatas voces & sensa reposuimus, construendo τὰ δῶρα, non cum ἐπισκοπῆς sed συνέγκοντας.

Pag. 104. Ἔπαφρε] legit doctissimus *Boysius* Eliensis ἀνέπαφρα ex *Chrysost*: *hom.* 44. in *Genes.* qui ait *Josephum* in *Ægypti* fornace ἀνέπαφον καὶ καθαρὸν διαμεῖναι, vel etiam

ἔλαμψε,

ἔπαφροι, quod *Junius* mavult ἱλαρεὶ ἃ φαιδροί, *Philonis* Judæi verbis adductus, qui hanc vocem τῷ ἐπικουφίζεσθαι synonymā facit, & sæpe conjungit: ὡς, περὶ φυτουργίας τῆς σωτηρίου παιδείας ἐπικουφιζομένην καὶ ἐπιλαφριζομένην οὐδὲν ἴσχυσε βλάψαι· fortassis verò ἔπαφροι, quemadmodū in exemplari habetur, non prorsus absurdè retineri poterit, ut sensus sit; *eos qui per patientiam Deū honorarunt ab ipso exaltatos, niveoq; candore nitentes, apud eum in æterna memoria esse*. ἔπαφρον dicitur apud *Galenum*, & alios, quod *Spuma obductum renidet & albescit:* στολὰς autem λευκὰς esse gloriæ cœlestis habitum abunde novimus: adeoque is festivæ omnis lætitiæ color, ut à *B. Juda*, qui in *pudendis gloriantur*, & laudi ducunt, ab ipso describi meruerint, ut sint ἐπαφρίζοντες τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας.

Pag.106. Ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου] *Evangelium* hic latè sumi observat doctissimus *Junius*, ut *Epistolas Paulinas* complectatur; quemadmodum *Prophetarum* Scripta & reliqua ἁγιόγραφα, à Domino nostro & Apostolis sub *legis* nomine recenseri solent.

K *Pag*.

Pag. 120. Εἰ δ' ἐμὲ στάσις] locum hunc citat *Epiphanius Hær.* 27. & etiam exemplo & moribus *Clementis* nostri descriptum ait: qui *Ecclesiæ Romanæ* Cathedræ à D. *Petro* admotus, se eo munere abdicavit, quamdiu *Linus*, & *Cletus* in vivis essent: ex qua duplici *successione* fortassis, si non potius ex *Ecclesiis* à B. *Petro* & *Paulo* Judæorum gentiumque *Apostolis seorsim* aliquandiu habitis, fieri potest, ut adeo parum inter Scriptores conveniat, utrum *Clemens* immediate successerit *Petro*, an quarto saltem loco: licet non sim nescius aliam etiam caussam à plurimis redditam, quod *scil.* nemo illi *Romæ* succedere liquido potest dici: de quo multum dubitatur an ipse *Romæ* unquam fuerat. Sed liti isti me non immisceo, neque enim velim statuere rem omnino gestam non esse, quia geri minus est probabile. At obiter monendum, apud *Epiphanium* in loco supra memorato reponi commode posse, pro εἰς ταθέντα, ἐνσταθέντα, quanquam veterem lectionem retineat doctis: *Petavius*. Sed hoc ipsum quod hic loci

loci suadet B. *Clemens*, de se profitetur & spondet S. *Chrysost.* qui ait *Hom.* 11. ad *Ephes.* εἰ μὲν οὖν περὶ ἡμῶν ταῦτα ὑποπτεύετε, ἕτοιμος παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς, ὅπως ἂν βούλεσθε· μόνον ἐκκλησία ἔστω μία. Et *Gregorius Nazianzenus* reipsa præstitit; qui ut seditioni obviam iret, postquam ad *Constantinopolitanam* sedem admotus esset; protenus τὴν προστασίαν παρῃτήσατο, *Socrat. Hist.* 5. *c.* 7. & merito id quidem, utcunque enim *Schismatis* macula, levioris notæ nunc temporis habeatur; *Cypriano* judice, adeo non lacrymarum lixivio eluenda fuerat, ut nec vel ipso *Martyrii sanguine purganda* crederetur. *lib. de unit. Eccles.*

Pag. 122. Πολλοὶ βασιλεῖς, καὶ ἡγούμενοι] quales *Codrus*, *Lycurgus*, *Genusius Cippus*, *M. Curtius*; & *Scipio Africanus*, qui ingratam urbem relicturus, per quem stetit ut ingrata esse possit, *Clementis* nostri ferè verbis, ei valedixit, dicens; *Exeo, si plus quam tibi expedit crevi.* Quin & *Oedipus* λοιμικοῦ τινος ἐνστάντος καιροῦ χρησμοδοτηθεὶς (authoris nostri verba affero) à poëta intro-

 ducitur

ducitur in eundem morem verba faciens,

Quicunque fessi corpore & morbo graves,
Semianima trahitis corpora, en fugio, exeo,
Relevate colla, mitior cœli status
Post terga sequitur:

Pag. 122. Ἐπιστάμεθα πολλοὺς ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας ἑαυτοὺς,] hujus rei exépla dabit *B. Paulus*, ad *Rom. c.* 16. *v.* 3 *Priscam* & *Aquilam*, qui *pro anima ejus suas cervices supposuerunt*. Et ad *Philip.* 2. *v.* 30. *Epaphroditum*, animæ suæ *Parabolanum* παραβολευσάμενον τῇ ψυχῇ. Sequentium temporũ *Herous* qui in hac laude claruerunt, referre mora esset, Gentis tamen nostræ *Protomartyr* Sanctus *Albanus* à nobis præteriri minimè debet, *qui sub Diocletiano pro Clerico hospite, quem persecutionem fugientem susceperat, se ipsum tradens, post verbera, aliáque acerbiora tormenta, capite plexus est*. Quemadmodum *Baronius in An.* 303. ex *Beda* nostrate historiam narrat. Hóc autem in loco observari poterit, durante primævæ charitatis impetu, tantam fuisse

fuisse *Parabolancrum* segetem, quibus id Negotii dabatur, ut propriæ salutis dispendio, alienam procurarent: inque tam magna *Collegia* hominum excrevisse, ut eorum numerum *Imperatorum rescriptis* necesse esset coercere, quemadmodum videre est. *Cod. Theod. lib.* 16. *tit.* 2. *de Episc. Eccl.* & *Clericis*. *leg.* 42.

Pag. 96. Καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει] in Hebr. שמתי פקדתך שלום ונגשיך צדקה quod 70. vertunt δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Observari potest פקדה quod alibi sæpè ἐπισκοπὴ redditur (sed procurationem & ministerium omne significat) hic efferri per διακόνους. & שלום quod per εἰρήνην explicari solet, (sed bona quæcunque denotat,) hic πίστιν (nec id quidem incommodè) verti: insuper transponi Episcoporum, Diaconorumq; mentionem, ut ordo utriusque muneris rectius constaret: hæc autem satis opportune à S. *Clemente* referri ad

Ecclesiæ Christianæ præfectos non facile diffitebitur, quisquis locum *Isaiæ* perspexerit, atque totum hoc caput ad *Messiæ* tempora pertinere, *Judæis* ipsis calculum apponentibus, meminerit:





Syllabus



Syllabus earum vocum quæ in Exemplari desiderata, per conjecturam restituebantur.

PAg. 1. l. 1. Ἡ ἐκκλη- l. 2. Ρώμῃ. l. 3. ·ρεσίκε ἡγιασμέν. l. 4. κυρίε ἡμ= l. 5. Χάρις ὑ. l. 6. κράτο- l. 7. ἐφ᾽ ὑ. l. 8. Διὰ γενομ. l. 6. περιστ l. 10. δυσοι. κέν l. 11. πα. pag. 12. l 23. ἐκκλησίας πι. pag. 14. l. 1. υλοι ἐσιὰ υ l. 2. δεισ ἡμῶν l. 3. Πέτρ. l. 4. ἕνα ὑ. l. 5. ἔμεινεν l. 6. ρήσας. λόμβον l. 7. ὁ l. 8. ἀπέοχ. l: 9. παι. l. 10. γένο l, 11. τῇ. l. 13. καὶ ὅπι. pag. 16. l. 3. αν. l. 7. το. l. 13. ες l. 14. απ. ται. l. 15. αι. l. 17. μεν. l. 18. ης ἁγίας κλη. l. 19. Βλεπω καὶ l. 20. περο. ἦσαν l. 21. Ατενισ. l. 22. ἴδω. l. 23. αἷμα σω- l. 24. τ. σμω. p. 18. l. 1. Ατενισ. l. 2. καὶ. κ. l. 3. καὶ. l. 4. κ. p. 28. l. 6, αν l. 7. δρες πρός σε ἐλ. l. 8. γῆς ἡμῶν βασι l. 9. λευς ὲ l. 10. οἱ δυο αν. l. 11. ἀλλὰ ταχε. ται. l. 12. ὁδὸν ναντίαν. l. 13. γινώ. l. 14. κύριος ὁ Θεός· l. 15. τὴν πο- l. 16. προ. l. 17. τοι. νη. l. 18. ᾽Ͻ. pag. 30. l. 18. ην. l. 20. κων. ε. l. 21. θη. l. 22. ὡς l. 23. μῖν. pag. 32. l. 2. στευθήσ. l. 3. πρεῖτε. l. 4. ταύτη τ l. 5. μασι τής. l. 6. ἀεὶ l, 7. τοῦ φησὶ l. 8. ἐπι l. 9. ἦσυ. l. 10. Δι. P.

42. l. 11. ορῶν λέγει l. 12. πεὺς ἐδὲ ει υ l. 13. τῶ οικ. l. 14. ὡ προςα. l. 15. ῥῦσαι τὸν ισραὴλ. l. 16. αἰχι. l. 17. ει ν⊙. l. 18. ιζα κ l. 20. της μὲ ειϛ. l. 21. ρα. p. 44. l. 2. ον. p. 46. l. 1. ον. l. 2. οι. l. 4. ρρι. ϗ τὸ. l. 5. πνα. λης. ἀπ' l. 6. ε. λίασιν τ. l. 7. ἡγεμο l. 8. ξα. ανο. στ. l. 9. βεῖς. ῥῦσαι l. 10. σω. τ l. 11. ἀγαλλ.διν l. 12. αν. l. 13. γε. l. 14. θ. p. 48. l. 16. γ. p l. 19. ξ αυ. πα. l. 20. το. p. 56. l. 7. leg. ἐκυλ. l. 10. όσω-πον ῇ. l. 11. τῦ ἐξο λο- l. 12. όσιμον l. 13. ἰκαι⊙ l. 14. τῦ ϗ ἐκ. l. 15. ἐῤῥυ-ibid: -πγες. l. 16. -λπιζον- l. 17. -ει l. 18. αἰ ἐυεϱ- l. 19. π ibid: τε. l. 20. -οδ. l. 21. -ις p. 58. l. 21. -ῶν. p. 60. l. 1. -ρου. l. 2. α ϗ ibid: -ιν- l. 3. μέρα l. 4. ἐπέρχεϑ ἰδαμ- l. 5. πᾶσι διηνον l. 6. -θενὸ αι- l. 7 ϗ βληθε. l. 8. πλοκιν ε- l. 9 -αλύει χεῖν⊙ l. 10. -λη δυναμ- l. 11, ἀνις- l. 12- -ονα ἄσ- l. 13. ἰδι- l. 14. γιν- l. 15. τό- p. 68. l. 18. λ- l. 19. κ. l. 20. κ. l. 21. γε- ibid: ϗ l. 22. τλὼ p. 70. l. 14. -εως γινα- l. 15. ως ἐγέ-νε- i. 16. -οσιώνης l. 17. τῦ ὀλίγων ἀδελ- l. 18. Λαβαν ibid: ἐπ αυτῷ l. 16. Ισρα-ὴλ ει- l. 20. νῶς l. 21. τα με- l. 22. ἐ-νων ibid. -ς. ουν p. 72. l. 12. -ης p. 74. l. 1. -θὸν. l. 2. -εσπότης l. 3. γοις l. 4. -τῦ l. 5. -ξεν. l. 6. -οφία ἐκδ- l. 7. -θεμέ. l. 8. -τ⊙ α'υ- ibid: ὡς πύργ- l. 9. -λημα l. 13. τῆ ξω- ibid: προςα- l. 11. σαν τι κ- l. 12. κργήσ- l. 13. δυ. l. 15. ϗ ibid: ἀνθ- p. 84. l. 9. αι τλὼ κατα. l. 10. ῆς γῆς l. 11. -τὸν Κέθυ l. 12. θῶ τοῦ ibid: -ν πῶν πι- l. 13. ἐχθροὶ αὐτῦ l. 14. -όμενοι τῦ θεῦ

l. 15.

l. 15. ἴδιον l. 15. δρες ἀδελ- ibid: -ας ἐν
τοῖς l. 16. αὐτοῦ l. 17. δυο- l. 18. μῶν l. 19.
-νῶς l. 20. οὐ- ibid: ες. p. 86. l. 12. -τα-
l. 15. -θω l. 16. -θῶς. l. 22. -ω p. l. 2. -ω-
l. 3. αφ- l. 4. -καν ὅτι ἔτε. l. 5. αὐτῶ l. 6.
-σώμε- l. 7. ὕλης l. 8. -νες ει' ibid: ὡς ἐκ
-l. 9. ὁ παι ἡ- l. 10. εἰσηγ. l. 10. περὶ
ibid: αὐτ- l. 11. ταῦτ- l. 13. ὀφει- l. 14.
-ύ- 92. l. 5. ἐκέλευσεν. p. 98. l. 12. καὶ ἐπι-
l. 13. τὰς σφερα- l. 15. -ενεσηκεν l. 16. -εδος
l. 17. -σηκυια l. 18. ερέστω l. 19. -σπαζ
ibid: καταστα- l. 20. -ω ἐπεί- l. 21. τὸ ὄνο-
ibid: θεοῦ p. 102. l. 1. -ους. l. 2. ς κοι l. 3.
μὴν. l. 4. -γκινητετ. l. 5 ῥήσεις l. 6. ὅτι ἐυ-
l. 7. -ποιη- l. 8. ὁ γὰρ ε- l. 9. βλημ- l. 10.
ἰδί. l. 11. -μω- l. 12. αὐ. l. 13. -ερα- l. 14. ὑπὸ
ibid: παρ- l. 15. ἐυ- l. 16. τίγ- ε pag. 104.
l. 19. -να. p. 112. l. 18. θῆναι ὁ θεὸς ἐυχώμε-
ibid. ἐπ' ἀξι- l. 20. ζῶμεν ibid: -σωπίνης
l. 22. -λθον. l. 23. -τες. ult: σιν. p. 114. l.
1. -ωθήσον- l. 2. -ειας ibid: -θε. l. 3. ὅσον.
l. 4. -υμός l. 6. ἐκ l. 7. προσ- ibid: -ν. ὅ
l. 8. -ναι l. 9. ἡμῶν l. 10. ὧν ἀφε- l. 11.
-λυ- l. 12. -νης l. 18. -οι οὖν ibid: -εση- l.
19. τοῦ ibid: εἰκὼν- l. 20. συγνώμην ult:
πολι- p. 116. l. 1. -ιν ἢ πῶς l. 11. -νατος
κατέπιεν α- l. 12. τία αὐ. l. 13. -οι αἰγ.
l. 14. ἱππό- l. 15. αἰτίαν l. 16. ἐρυθρ- l.
17. τὸ σκλη. l. 18. -νετες l. 19. τηλικαδ.
l. 20. πλὴν διὰ θ. l. 21. ὁ ibid: ὀυ- l. ult:
δεξ. p. 118. l. 10. -θε τα- l. 11. καὶ ἐγκα-
l. 12. θεοῦ εἷς α l. 13. λάβετε ibid: τοῦτο
ει' l. 14. -τος τεσσαρ: ibid αρ- -ακοντ. l. 15.
καὶ ταπειν. l. 16. θεὸς Ἀνάστηθ l. 17. τὸ
τάχος. l. 18. ὁ λαος σ l. 20. Αἰγύπτ: l.
21. [illegible] ibid. ἐποίησα- l. 22. Καὶ εἶπε
ibid;

ibid; -και προς ibid. εώρακα p. 120. l. 1. λαὸς σ- l. 2. 'εξολ- l. 3. λείψω τ- ibid: -πωθεν l. 4. σε εἰς ε- l. 5. καὶ πολυ ibid. Εἶμε δὲ M. ibid: ἀφεις τὴν. pag. 126. l. 18. τὸ σπέρμα σε l. 19. τὸ παμβο- l. 20. δι ἐν πα- l. 22. τῶν θημω- l. 23. γνομι- ibid. τοι ὅτι l. ult. οἷς παιδαι- p. 128. l. 1. -τε καὶ γὰρ l. 2. ευτης θέλει νεθετ- l. 3. παι l. 4. τ l. 5. ἀγη- l. 6. αιδα- l. 6. αντες l. 9. δειαν l. 10. ἐν πῶ l. 15. ὑμῖν ἐμῆς l. 16. -ω δὲ ὑμᾶς l. 16. 'επειδὴ 'εκάλουν l. 17. τε καὶ 'εξεστι l. 18. προσείχετε l. 19. ἰε τε ἐμᾶς l. 20. ις ελέγχοις l. 21. ερου καγώ l. 21. α ἐπιγελάσο l. 22. δὲ ἥνίκα ἂν l. 23. -ς καὶ ὡς ἂν ἀ l. ult. ὄρυβος ἡ δὲ p. 130. l. 1. καταιγίδι πα- l. 2. -ν θλίψις ἐκ εἰσα- ibid. -σεσι- l. 5. ἡσεστιν l. 6. τῆ δὲ φο l. 7. -ντο ὑδὲ ε ibid. ἐὰν βελαῖς l. 8. -ς 'ελέγχοις l. 9. -ς ἑαυτῶν- l. 10 ι τ ἑαυτῶν l. 11. -ον δὲ l. 12. καὶ l. 13. πα- l. 14. το- l. 15. ει l. 16. ψ l. 17. ω ibid, ω.

FINIS.

l. 1.
ibid.
ibid.
l. 18.
o. [illegible]
ibid.
l. 1.
[illegible]
[illegible]
[illegible] l.
[illegible] l.
. 19.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
8. [illegible]
[illegible]
[illegible] l.